


*Faint handwritten text in brown ink on the spine, including the word 'Liber' and other illegible characters.*


RESEN

7.1.2008 / B5

A) Buchhalceus

mobl 24-6)





JL 208

TÒ ΕΣΟΠΤΡΟΝ  
Sivè  
SPECULUM

CHRONOLOGICUM  
referens

NUMERATIONEM

TEMPORUM Secundùm

Eorundem Attributione in Repub.

NOTATIONE digniorib.

per

INTERVALLUM SECUNDUM  
Inanis' sivè Vacui Temporis, Ætatis Prioris'  
MUNDI VETERIS'; nempè

*A Fine DILUVII seu Cataclismi Universalis &  
Termino SECULI PRIMI ad Vocationem &  
PROMISSIONEM Abramo factam, &  
institutam CIRCUMCISIONEM  
Populi DEI Notam;*

Concludens' M. V. Ætatem sivè  
Classem I. Confectum operâ

JACOBI GÜNTHERI ZÜLCHOVII. S.  
Art. & Phil. M. ac Philomath.

OLSNÆ SILES.

Typis Bössemessarianis. Cl. Io. VIII.

1608

TO EXAMINER  
OF THE  
CHRONOLOGICAL  
TABLES  
AND  
TABLES OF  
THE  
REIGN OF  
THE  
KING OF GREAT  
BRITAIN  
AND  
IRELAND  
IN  
THE  
YEAR  
1714  
BY  
JACOB GRAY  
OF  
THE  
MIDDLE TEMPLE  
ESQ;  
OF  
THE  
COUNCIL OF GREAT  
BRITAIN  
AND  
IRELAND  
PRINTED  
BY  
J. STURM  
IN  
ST. MARTIN'S LANE  
1714



MAGNIFICIS, STRENUIS,  
 NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDEN-  
 TISSIMISQ. VIRIS, Dn. CAPITANEO, Dnn.  
 CONSULIBUS, CAMERARIIS, Reliquisq;  
 SENATORIB. inclutæ REIP. VRATIS-  
 LAVIENSIS præstantissimis; DOMINIS  
 ac Meccœnatib. suis observan-  
 dissimis Sal. & Om.b.

prec.

**H**ISTORIAM, MAGNIFICI, STRENUI, NOBILIS-  
 simi, Amplissimiq; VIRI, Dñi ac Patroni colen-  
 dissimi; in omnib. rebus, in cunctis actionibus, consultationibus,  
 functionib. & conversationib. magnificendam, observandam & accom-  
 modandam esse non solum cum sacra tum prophana scripta, sed ipsa etiam  
 Experientia testantur. Eamque ideò *μεγίστην ἐπιχειρησάν κοινῆ ἐΐδία*  
 maximam auxiliatricem publicè & privatim Polybius, & Vitæ Magistram  
 Cicero vocitarunt. Siquidem tantò omnis de omnib. Oratio & omnis in  
 omnib. actio præstantior, tantò gratior, tantoq; expeditior esse animadverti-  
 tur, quantò HISTORIÆ luce magis illustrata est; & quò quæ Seculor.  
 magis Exemplis nititur, eò oratio, consiliũ, persuasio, actio, res ipsa accepta-  
 bilior, eòvè detestabilior reputetur necessum est. Est .n. HISTORIA  
 Rerum gestar. Enarratio, quò consiliò, qua ratione res gestæ sint, explicans,  
 habens affectus, auditorem commovens. Etenim & quò ad Res ipsas benè  
 & verè Romanor. ille Orator dixit. Historia Temporum est testis, lux Veri-  
 tatis, vita memoriæ (juris memoria, ut habet C. Lanc. Papius) magistra vitæ,  
 nuncia vetustatis. Id quod præclarè admodum Titus Livius & brevissimis  
 sanè docuit, Hoc illud est, inquit, præcipuè rerum salubre ac frugiferum,  
 omnis Te Exempli documenta in illustri posita monumento intueri, undè  
 Tibi tuæq; Reip. quod imitere, capias, undè scœdum inceptu, scœdum exitu,  
 q. Vites! Adeoq; omni ætati, omnib. Vitæ Generib. omnib. Mundi & Rerũp.  
 ordinibus non accommodatam saltem sed omnium maximè necessariam esse  
 aut omnib. liquet aut facillè ab ingenuis percepit potest. Nec enim modò  
 dicam, Hanc juvenes Rerum prudentiã Senes facere, ipsis Senib. prudentiam  
 adaugere, singulos dùm experienciã instruit. Sed nec Philosophis Historia  
 defugienda est, cum nihil is scire videatur, qui Historias nesciat; hisq; sivè in  
 privatis sivè in Politicis versentur Historia perpulerè subveniat. Hæc .n. pri-  
 vatis ad justitiam colendam calcar est, commendans bonos, accusans malos.  
 Imò Hujus suavitate multi etiã à fera agrestiq; vita ad Humanitatis cultum  
 deduci queunt, veluti Robertus ille Sanfaverinas Regni Neapolitani Princeps  
 exemplo est. qui cum itinere Hierosolymitano suscepto per Arabiam iturus

Ab '150-  
 πεω. n.  
 deriva-  
 tur q. est  
 Enarro.

Lib. 2. de  
 orat. de  
 art. Grã.  
 lib. 2.  
 cap. 11.

In p̄fat 1  
 Decad.

fortè

\* 2

fortè in latrones quàm plurimos incidisset, relictò equò illos accessit, ijsq; Regna Europæa, horum Gubernationis Modum, arma, exercitia, honorum & dignitatum gradus per interpretem exposuit. Quà quidem gratissimâ Principis narratione commoti latrones, ne halitum quidem vel immanitatis vel savitiæ ullius emiserunt. quin verò & cum stupore & admiratione non exiguâ Principem unà cum Socijs aliquò usque amicè comitantes salvum dimiserunt. In Politicis Historia Regum ac Ducum, Majorumq; animos per Virtutum ac gloriæ Exempla ad præclara q̄q; Virtutum munera incitat. Sicuti multos tam virtutibus quàm rer. benè gestar. gloriâ splendidissimos Heroas Historicor. Scriptis plurimùm delectatos, & Alexandrum Magn. tam magni vel Homerum illum fecisse legimus, ut ipsum Oraculi instar terrestris salutaria in reb. dubijs edere consilia haberet sibi per suasissimum.

P. M.

Rerumpubl. mutationes HISTORIA præscribit, causas itè & rationes inculcat, ijsq; omnib. medetur, ostendendo, quib. consilijs & Legum præscriptionib. Homines prudentes imperia restituerint, & quib. ea restituere nò modò, sed & conservare possint vel debeant Virtutum, bonar. Legum & Iuris periti Rerump. Administratores. Adè per HISTORIAM Regna, Civitates, Domus extruuntur, reguntur, antiquantur, servantur. Quid verò? anne à Medica prorsus Facultate alienum est Historiæ Studium? minimè gentium. Quippè Alphonsus ille Rex Arragonum Magnanimus accubitantis Titi Livij lectione ob jucunditatem ejus morbo gravissimo & Medicis incurabili liberatus est. Ferdinandus Rex Hispaniæ & Siciliæ Historicis Q. Curtij Narrationib. convaluit. Laurentius Medices solis etiàm Historiar. lectionibus vires amissas recuperavit. De Theologorum a. Facultate quid dicemus? HISTORIA certè est Mosis, Josuæ, Iudicum, Regum, &c. in V. Evangelistar. & Apostolorum in N. T. & Ecclesiasticor. aliorum &c. undè Rerum initia, indubitata cœlestis doctrinæ Veritas, Ecclesiæ DEI plantatio, propagatio, defensio & conservatio deducenda est. Ac hæc sunt quidem quæ Apollinarium Artium cultoribus Historia reddit; Martis v. Satellitib. Eam commodare summoperè nullum est dubium. & ratio est, q̄, Animi bonor. virorum & Ducum exemplis virtutum & gloriæ propositis ad pulcerrima q̄q; facinora non solum impelli solent ac duci, verùm etiàm via apertili & ratione prudenti commonstratâ feliciorè successu ac majore cum laude ea condiscunt perpetrare. Hinc Alexander Mag. magnificè Homerum, P. Cornelius Scipio Africanus nunquàm ex manib. seposuit Xenophontem. Carolus V. assiduè lectitavit Thucididem & Cominæi Historiam. Fronspergius familiarè sibi reddidit Liviū. Ecquis igitur HISTORIAM nò cuivis colendam ducet? Sed quò excurrit hæc mea narratio? Et ego v. justè HISTORIÀ colere & meò qualicūq. studiò excolere cœpi, jucunditate, utilitate & exemplò alior. bonorum permotus. HISTORIÀ a. plures eruditi Viri varijs rationib. mortalib. offerre cùm sacris tùm prophanis laborib. laborarunt. Alij .n. publicam Temporum scripserunt varietatem, uti Moses, Diodorus Sic. Livius inter veteres. Alij privata tractant, ut Salustius in Iugurthâ & Catilina. Alij itè graphicum posuere, quale illud Suetonij continuum; alij interfectitium, quale illud Plutarchi per singula Viror. gesta; itè Appiani, qui Lybicum, qui Parthicum, qui Mithridaticum composuit, Bellaq; Civilia: alij



alij aliud scriptionis delegerunt sibi genus. Mihi universale illud *συνοπτικὸν καὶ σωματοποιητικὸν* complacuit affectare, genus certè haud amorphon, quò Univerſa Mundi *HISTORIA* veluti in Corpus Tempore continuato redacta, & articulis ritè dispositis amentata, unico intuitu, uno in armario q. posita, conspicienda datur. Namq. eò scribendi modus hic est præstantior cæteris, quò utilius parte aliquâ totum habetur, & continuum rei præstat divisæ. Idq; quod Temporib. dispertitur, notius est eò q. est tempore cõfufum. Græcis *χρονολογία* hic mod⁹ dicitur. q. nō tam historias & Tempora loquatur, quàm *λογισμῶ* h. e. rationabili supputatione posteriora à priorib. segregans narrationes articulado ordine digerat, temporib. certos annos Reb. gestis assignando distinguat, Mundi Secula amphimalla cõtinuè, porrò retroq; ad amussim repetere doceat. Undè Historias cum fructu legere, memoriæ mandare, Seculor. seriem cognoscere, imperior. & Regnor. mutationes mirari, Ecclesiæ conservationem admirari, Temporis veritatem & Veritatis Lucem percipere, Myſteria Sacra indagare, Motuum cœlestium Leges statuere, & quæ alia innumera rata computatio largitur analecta, cùm jucundiùs tùm faciliùs apprehendere possumus. Proindè in Lucem produco *CHRONOLOGIAM, SPECULI* quidem titulò, quandoquidem Vitæ Speculum antiqui nominarunt Historiam minimè ineptâ similitudine, eò quòd Tempora & Res Mundi præterlapsas pridem nuperuè & Futuror. etiàm imagines ceu in Speculo illeic spectare liceat. Id quod Chronologias inprimis texturæ debetur gloriæ, quæ Sacrà Ecclesiæ Historiâ Gentili junctâ non vitreum, Crystallinum, fragile, splendore & eloquētiae insignib. pulcrum & speciosum modò (quale sola quidem Gentilis offert) sed propter veritatem suavi atq; firmitudine invictâ reverâ Chalybeum Speculum refert, q. mentem sapientiâ non solùm instruit, sed immensâ quoque consolatione sustentat; Dei nimirum inprimis præsentiam in Ecclesia loquens; piorum de Tyrannis, morte, peccato, Diabolo victorias exemplis ostendens, animorum perpetuitatem & corpor. resuscitationem attestans, præmiaq; infinita, Vitam cœlestem & regnum sempiternum credentib. confirmans.

Diodor,  
ibid.

G. Fabr.  
ep. ded.  
in Poët.  
Veter.  
Christ.

Posteaquàm. v. Speculò hõc *CHRONOLOGICO* Pars prima *Ætatis* sive Classis prioris M. V. ab initio nempe Creationis ad conclusionem *INTERVALLI* primi Inanis sive Vacui Temporis videl. *DILUVII* Universalis ac *SECULI* primi finem confecta antè biennium fortè plus minus à me edita est, subsequitur nunc ad eund. modum beneficiò Sacrar. Literar. Sanctæ Lingvæ Mathematicumq. pro viribus elaboratum *INTERVALLUM SECUNDUM* *Ætatis* seu Classis istius, quæ *PROMISSIONE ABRAMO* à Deo facta, & institutione *CIRCUMCISIONIS*, quæ Populi Dei Nota & Character erat, clauditur. Tantum v. Temporis à prioris partis editione hucusq. prætermissum à nobis neminem velim demirari. Sunt qui nos excusent; Curæ privatæ, & Scriptores. inter antiquos vel Diodorus ille Siculus Historicæ Bibliothecæ Autor, qui in opus suum annos triginta; inter recentiores Leonh. Krentzheim doctissimus Chronologus, qui (teste Filio L. ad Lector. Obser. Chronolog. ipsius) in supputationib. hujusmodi años 33 absumpsit; pensitantes nimir. hunc scribendi modum esse utilissimum, verùm plurimo labore & tempore longo egentem,

uti

ut Diodorus ipse loquitur. Requiritur .n. accuratissimum studium, lectio, relectio, ruminatio, pensitatio, Scientiar. & Linguar. peritia, morum & consuetudinum experientia, numeratio, collatio & assidua speculatio. Et sane Hoc est, Magnifici, Nobilissimi Viri, q. in ejusmodi desudatione laborantem Patronor. a quib. juvetur, experte esse haud patitur, ne sc. labore continuô ac onere tam magno is deprimatur & vires eum deficient justô citius, aut etiã curis & solitudinib. alienis distrahatur impediaturq. Quam ob rem & apud Veteres Viri illustres Politici de **SUMPTIBUS COMMUNIBUS** providebant studiosis Philosophiã, ut ab omni solitudine nudè intenderent **SPECULATIONI**. Proindè in Hoc **SPECULO** nec me quidè Patronis destitui convenit. ecquod v. est, q. acquiram patrocini-um quàm M. & A. Vuu. præclarius ac præstantius? qui piã veritatis inter & æquitatis studia literas & literatos adamare, ornare, fovere, augere, tueri, conservare nunq; desinitis! Adde apud quos repositum servari Petri **VINCENTII** Viri Clarissimi, eloquentissimi pro juvandis **HISTORIÆ** professoribus destinatum Stipendium antè multos jam annos accepi à doctiss. V. M. Fabiano Clofio Scholæ Lignicensis quond. Moderatore, **VINCENTIANÆ** ex fratre Neptis tum Marito, Avunculo meo gratâ memoriã per quàm dignissimo. Quô sanè beneficiô neminem hactenus, præter Abr. Bucholcerum, qui per biennium antè quàm Tempor. Computator Diem suum obiret aliquem ejus fructum percepisse fertur, usum esse constat; aut quia nulli fortè Sors hæc contigit, aut quia opere aliquo condigno nullus id com-meruisse visus est. Ego meo me modulô metiens tenuitatem operis meï agnosco, Laborem dexterè dijudicandum bonis & doctis committo, quor. integras istim mentes singulariter apologo. Ex Vestrâ a. Magnif. Nobiliss. & Ampliss. V.V.V. liberali ad juvandum horum Studior. professiones magnificientia ac promptitudine, & suâ meor. fautorû bonâ spe fretus hanc operis continuati Partem in tutelam, patrocini-um, & vel ex stipendio Testato provisionem beneficam Magnif. Nobil. & Ampl. V.V.V. humiliter commendo & committo, eamq; ut bono mentis & voluntatis affectu æqui consulant, æquâ fronte suscipiant, & liberalem animi candorem & amorem ergà me meaq; studia veris argumentis ostendant submissè rogo. Ego quacunq; officior. gratitudine in super Mag. Nob. Ampl. V.VV. lubens me semper ubiq; & in omnib. defero. DEUS M.N.A.V.V.V. pro laudatiss. Reip. tranquillitate & cujusq. Domus integritate diutissimè Christianâ beatitate & Nestoreâ incolumitate salvas conservet. Dat. Namijslav. 31. Octobr. An. Chr. 1608.

Eustr.  
sup.  
i. Ethic.

P. M.

Magniff. Nnn. Aaa.  
V.VV.

Paratiss.

Jac. Güntherus' M. Namijsl. M.

In

In Speculum Chronologicum  
CLARIS. VIRI,

D N.

M. JACOBI GUNTHERI  
Medici & Mathematici

Namflaviensis.

AD LECTOREM.

**D**UM serie à primâ reperit transacta dierum,  
Tempora GÜNTHERI mensq; manusq; mei,  
In Speculo varias Epocharum vidit Idéas,  
Temporaq; haut puncto congrua ubiq; suo.  
Quid faceret? firmâ statuit ratione novandum;  
Esset ut ut magni grande laboris opus.  
Admovit tabulæ dextram, genioq; sagaci  
Omnes excussit temporis historias.  
In Speculo invenit quidquid Speculator, eodem,  
In Speculo dandum censuit esse foras.  
Non malè cessit opus: LECTOR, Speculare, tuisq;  
Lustra oculis miram hanc effigiem Speculi.  
Dispercam, si non illud mecum ipse probabis,  
Auctori & vivax hoc dabis elogium.  
TU MIHI DE MULTIS UNUS, GUNTHERE, videris,  
NOMINE DICENDUS QUI HISTORICI VENIAT.

CASPAR CUNRADUS  
Phil. & Med. D.

Vitrea



**V**itrea sphaera fuit Persarum regibus olim,  
 Astrorum monstrans ordine curriculum:  
 At Speculum sphaera profert praestantius illa  
 GÜNTHERUS; mundi gesta poli; notans.  
 Sal, virtus, hominis; Flatus CINIS igne Sacra;  
 Ars, ut ARENA nitet, quam numerare nequis.  
 PLUMBEUS illa labor studio conflata polivit;  
 Hæc est GÜNTERI materies speculo.  
 Quin Ipsum, speculum radians virtutis & artis  
 GÜNTHERUM Musis donat Apollo suis;  
 Hæ capiunt; læta; locant splendentibus astris  
 Et Speculum & Speculi nobilis artificem.  
 Livor abi; non tu Speculo potes indere virus;  
 Sed perdes oculos inspiciendo tuos.

*Bartholomeus Benkius Pastor Namsl.*

*Pridie Jd Octobr. An. Dignoscito te IpsVM.*

**S**idereos motus & prisca tempora mundi  
 Ordine quæ; suo qui docet, arte valet.  
 Nec minus is magna dignus mihi laude videtur,  
 Qui nova cum prisca conciliare studet,  
 Gestorum; dies Veterum rimatur & annos,  
 Distingvit; suis singula temporibus.  
 Historiæ ô quantam parit hæc collatio lucem,  
 Quæ sine subsidijs his quasi cæca jacet.  
 Talia cum Vigili studio scruteris & arte,  
 Qua te Diva beat cœlitus Uranie.  
 Quis dignum poterit te laude, JACOBE, negare,  
 Æternum in scriptis vivere digne tuis.  
 Maeste bonis studijs, docto; labore Magister,  
 Qua benè jam cœptum est currere, perge via.  
 Terra viris doctis neget ut malè grata patronos,  
 Non tamen hos patitur posthuma fama mori.  
 Fallor, an Uranie, fidos quibus ornat alumnos,  
 Enitidis stellis jam tibi ferta parat.

JOHAN: HUBNERUS Reipub. NamsL. Notar.



Τὸ ΕΣΟΠΤΡΟΝ sive SPECULUM.

ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΙ seu Rationalis

Transitus CHRONOLOGICI è speciali Notatione & Particulari Synthesi TEMPORUM MUNDI sec. Res maximè memorabiles SECULI Secundi à DILUVIO ad Conclusionem INTERVALLE Secundi Inanis sive Vacui Temporis Ætatis prioris Mundi Veteris; videlicet usq; ad Promissionem ABRAMO factam & CIRCUMCISIONEM Populi DEI sacratam Notam, Mundi Vet. Classem sive Ætatem Primam concludentem.

JACOBI GÜNTI. Zülchovi. S.

Annus primus SECULI SECUNDI in Monarchia Noacchj.

A. M. 1657.

**D** 27. M. II. Marchesuan. Novembr. 12. Jul. Vet. 23. Greg. Corr. Noacchus atat. 601. egressus ex Arca (finito Diluviô) redintegrat Ministerium suum pro gratiar. actione & impetranda gratiâ Dei ædificans Altare D E O offert Sacrificia, quib. placatur *JeHoVaH*, ut gratiam promittat perennem.

Ordo Naturæ pristinus Diluviô dirutus restauratur. Conceditur esus carniū c. 8. v. 20. & c. & jnit. 9. Datur Lex de Homicidio c. 9. v. 6. Jris Fœderis divini Sacramentum v. 14. Noacchus recens Agricola Vineam plantat v. 21. & inebriatus nudus jacet v. 22. & seq. Genus Humanū porro ppagatur c. 10.

PATRUM ÆTATES post DILUVIUM usq; ad ABRAHAMUM Cap. XI. Gen.

RATIO NOTATIONIS SEQUENTIS.

**D**uplex vel bifaria in Nativitate ARPHACHSCHAD Filij SCHEMI excusari ferè potest Notatio. Quia. n. Schemus, cum ipsi nasceretur Arphachschad scribitur fuisse Ben maoth schanà, Filius centum annor. v. 10. quo  
A                      platica

platica & incompleta de consuetudine Ling. S. enun-  
 ciatio intelligitur, & annis binis sive duobus, quibus Annus  
 illè imperfectus vix jam ferè incoatus cum termino Dilu-  
 vij (finiebatur. n. statim in secundo Mense) meritò inclu-  
 ditur, Nativitas Arphachschad cadet in An. M. curren-  
 tem vel potius jam decurrentem & propemodum finitum,  
 & Nativitas Schemj supra ad an. M. curr. 1558. pertinebit.  
 At quia Dualitas Numeri Annor. post Diluvium Acchar  
 Hammabbul in Genito Arphacchschad ibid. in Vocabu-  
 lo Schenatajm omnimodè & simpliciter expressa est:  
 fatius est simplicem retinere dualitatem annor. Acchar  
 hammabbul post Diluvium sive à finito Diluvio, in An.  
 M. incoatum 1657 rectè posito, numeratam; & Nativita-  
 tem Arphachschad tribuere Anno M. 1659 currenti &  
 fermè nuper incoato, Nativitatem v. Schemj, uti supra  
 consignatum An. M. 1559 itidem currenti. Quà ratione  
 Sacrae Linguae vero usu observato & tum quoque Schemj  
 genito Arphachschad Ben, Filius sive Homo fuerit cen-  
 tum annor. & anno centesimo ætatis Schemj Arphach-  
 schad natus fuisse rectè dicetur.. ERGO

1658. } Arphachschad nasc. ætat. Schem. 100. U. 11.

1659. }

1662. } & H & 7 Magna Simplex.

1682. }

RAT: SYNTHÉSEOS seq.

JN Notatione Epochar. sequent, compositio est anno-  
 rum itidem currentium & incompletorum cum vulgari  
 Historicor. more tum locutionis Hebraeae ratione, quæ  
 plures annos uno quasi manente ac currente, vel jam de-  
 currente & finiente anno singulariter solet finire, prout  
 antea maturè monuimus. ERGO

1694. Salach nasc. ætat. Arphachschad 35. U. 12.

1702. }

1722. } & Magna Simplex H & 7

1724.

1724. Eber nasc. atat. Salach 30. v. 14. Ab hoc Ebraei dicti sunt.  
Hinc ad veram Vocationem Abrami 360.

1742. ♂ H & Z Magna simplex.

1758. } fit Partitio terræ pro posteris Noacchi Schemo, qui Asiam  
inprimis; Cchamo, qui Africa partem unam & Asia  
quasdam. sumsit, postea non contentus demenso; Japheto  
qui Africa partem alteram, & Europam ac crassiores  
gentes regendas accepit. c. 10.

Peleg nasc. atat. Eber 34. v. 16. — Annus Mundi secundi  
— 102 inclus.

RAT. SYNTHESIS pro Copulatione DIVISIO-  
NIS TERRÆ, Nativitatis Peleg & Initij Schin-  
nehharæi vel Babylonici Assyriorum. *(Regny)*

**A**D unum eundemq; Annum pertinere Partitionem  
Terræ, Apparatum ad ædificationem Urbis & Turris  
Babel & Initium Regni Babylonici, patet ex Genesis  
Historia c. 10. & 11. quod nullis omnino Temporū inter-  
vallis ista inter sese distinguuntur. Haud. n. refert, quod  
capitibus distinctis hæc dicantur. Decimum. n. familias  
posterorum Noacchi recenset, ut singulæ singulas Orbis  
partes, fortè distribuente ita Noaccho totius Orbis Seculi  
Secundi paternò tum imperiò Monarchâ, qui tum ad-  
huc erat in vivis, arripuerint, terramq; sibi replendam  
occuparint. Undecimum caput destinatum est narra-  
tioni, quom. posteri Noacchi, cum unus adhuc uniusq;  
linguæ esset populus V. 1. in multitudinem jam exaucti  
(propositâ sibi tali orbis partitione) primùm egressissent  
è loco, quo finitò Diluviò Arca confederat, quæ situm  
sibi ad inhabitandum loca (Berof. propt. repletionem  
loci pristini, Moses v. ut replerent orbem Gen. 10. v. ult.)  
quorum quædam cum longinquè à priorib. sedibus re-  
mota iri colligerent, pervenientes usq. in Regionem sive  
Terram Schinhhar V. 2. capti ibi & amœnitate & com-  
modi-

moditate loci planioris, istheic Signum ac Monumentū  
istius Identitatis Populi V.6. ac majoritatis sivè priorita-  
tis primavæ, urbem turri celsissimā eminentissimā sc. ex-  
truere decreuerunt, ne nescirent fortè posthac singulæ  
Populor. familiæ, quib. è locis quib⁹q; è majorib. antiq-  
tūs descendissent, seq; illos primos (primū nempè popu-  
lum in orbe terrarum, ut Berofus ponit) fuisse constaret.  
Hoc ipsum. n. velle videtur id, Nàaseh lānu Schem pen  
naphoz al pnēi col haárez. Faciamus nobis Nomen, ne  
fortè dissipemur super faciem omnis Terræ. Etenim ex  
Divisione seu Partitione facta jām noverāt invarias ter-  
ras se segregandos esse, ut idem pratimere nō opus esset,  
quod erat certissimum, statutumque. De Oblivione  
igitur sui ipsi⁹ seu Nominis & originis suæ ex distractio-  
ne sui metuebant sibi, ut ut aliter Cauſsam referat Joseph.  
antiq. lib. i. c. 9. reclamante Mose in S. Scriptura. Cæ-  
terum commemoratur Orbis terrar. partitio c. 10. & cō-  
tinuè succedit Profectio Posteror. Noacchi ex sedib. pri-  
stinis: nescit ergò Scriptura intervallū aliquod insigne  
inter Partitionem Terræ & Profectionem. Dein vix  
annuum tempus dari potest profectioni à montibus Ar-  
menia in Terram Schinhhar. Profectioni continuè suc-  
cedit Quies residentia sivè inhabitatio terræ istius in-  
tempore durabili; expressè. n. scribitur, invenerunt pla-  
niciē in terra Schinnehar, & cōsederunt ibi seu habita-  
runt. V. 2. Inhabitationem statim comitatur Consiliū de  
ædificatione Urbis & turris V. 3. 4. 6. & Decretū de faciē-  
do apparatu & præparandis materijs, quæ tantū ad opus  
requirebantur V. 3. Eo ipso igitur Partitionis, Nativita-  
tis Peleg, Profectionis, Residentia & inhabitationis año  
ad ædificationem accessere præparatione materier. v. 3.  
At si cōsederunt & habitarunt ibi, oportuit eos aliquas  
casas aut oppida vel qualiacunq; habitationi apta loca  
sibi cōparasse, vel ea ipsa etiām, quib. postea Urbs Babel  
pone-



poneretur, cœpisse inhabitare. Illud igitur initium fuit Regni Babylonici, vel tùm potius Schinneharæj, uti etiã postea ejus Rex & Monarcha indè denominatur Gen. 14. v. 1. non quidè per Monarchiam adhuc, sed per Polyarchiam vel potius Democratiam quandam constituti: dicitur enim in historia Mosis: Dixerunt Unusquisq; ad Proximum suum, Faciamus lateres, &c.

RATIO NOTATIONIS REGNI BABYLONICI, *itemq;* TYRANNIDIS NIMRODI in Initio Monarchiæ Assyrior. cum extruptione Urbis & Turris BABEL & Linguarum confusione, &c.

**S**Eparandam v. esse Partitionem Terræ, cum qua maxime continuè cohæret Principiũ Populi & Regni Babylonici, ut in Ratione Synthesis modò probavimus à Regno Nimrodi & Initio Monarchiæ Assyrior. cum Extruptione Urbis & Turris Babel primùm docet Diversitas loquelæ seu phrasæ sermonis in fontib. De Partitione enim Terræ dicitur cap. 10. v. 25. in diebus Peleg Niphlegah hærez divisa est Terra, Ordine & classib; q. exposita & distributa est, ut radicis significatum jnnuit. De Dispersione v. Populi & ad Ædificationem Urbis linguæ distractione aliam usurpat Scriptura Vocem cap. 11. v. 4. Ubi sic scribitur: Vajjapoz JeHoVan Otham mischschàm, & dissipavit JeHoVan eos exindè, & v. 9. Vmischschàm hephizèm JeHoVan & exindè dissipavit eos JeHoVan. Significat v. Radix pòz dispersus est, dissipatus est, & q. jctu mallei disjectus est: Vim igitur & impetuofam cum confusione Linguæ dissipationem notat, quæ cum ordine & classifica quad. distinctione nihil commune habet, nec conjunctim igitur aut continuatim accidisse utramq. verissimile est. II. Inter inventionem loci Residentiæ c. 11. v. 2. & ædificationem v. 5. Imò & jnitum consilium de ædificatione instituenda interponitur Mansio quædam Populi in isto loco duratione quad. evidenti, cum dicitur; Invenerunt planiciem in terra Schinnehar Vejaschebhù scham & federunt ibi. Heic .n. præteritum actionem continuã significat & inhabitationem diuturniorem, & continuatam notat, uti aliàs passim ejus Vocis usus extat, ut ps. 2. Joschebh baschschamájim Sedens in Cœlis jrridebit eos &c. III. Inter factam Residentiam v. 2. & ædificationem v. 5. Interponitur materierum ad Urbem & Turrim tam ingentem extruendam præparatio & coaceruatio ad Opus tandem cœptum continuò perficiendum. Nec .n. videri possunt imprudenter tam ingens illud opus præsumisse & crescentiam magnitudinemq; tantæ turris & Urbis v. 4. quasi somniãtes sibi finxisse cœpisseq;, prius nõ paratis ad eam rem rebus necessarijs. Quippè præparatio ear. rerum expressè ponitur præhabito consilio v. 3. Ubi lateres prius coxerunt, argillam ad oblivionem pararunt, puta ad tantæ Urbis amplitudinem turrisq; immensam altitudinem parandam. Quæ sanè Res aliquot annor. tempus expostulavit, ut Architecturæ periti conijciunt:



colligiq; potest ista præcoaceruatio rer. necessariorum omnium ex Vocabulo  
 ijbhzar, quod Moses ipsi JeHoVæh tribuit dicenti ψ. 6. Lo' ijbhzar mehèm  
 Non abrumpent ab istis (ab isto opere) caritate aut penuria quadam moti &  
 coacti: Ea .n. vis Vocis est ut ex re discerpta penuriam & tenuitatem signi-  
 ficet: & contrà alio Verbo (nempè Cchadâl cessavit, desit) utitur Scriptura  
 cum cessasse ab opere nō coacti dicuntur. ψ. 8. Est igitur certum quoddam  
 temporis intervallum à partitione terræ & Residentia in terra Schinnehar  
 per præparationem materierum ad Turrim. Hanc .n. prius quàm Urbem ædi-  
 ficatam, sed non completam; Urbem autèm nec fundatam quidem à Nim-  
 rodo, vult Berofus, vel ut detur, etiàm jacta fundamenta Urbis usq; ad ex-  
 tructionem turris & Urbis amplificationem accommunionem. Cùm v. in  
 Sacris Tempus illud expressum non sit; ad prophanos autores antiquissimos  
 meritò convertimur. Scribit autèm Berofus, Populum in Regione ista unà  
 habitasse ad trigessimum fermè annum, priusq; civitatem & turrim ædifica-  
 rent: hinc principio Regni Nimrodi apud Babylonem tribuit annum 131 cur-  
 rentem à salute ex aquis facta exclusivè (relictò An. M. 1657.) Cui respondet  
 Xenophon de æquivocis in Epitaphio Nini, quod Semiramis ei in columna  
 excidit, quamvis is completos numeret ab anno Diluvij finiti inclusivè, quod  
 tamen in idem recidit. Cœterùm consentit Berofus cum Scriptura S. quod  
 N I M R O D U M Ducem Turris & Urbis B A B E L primum agnoscit; ipsa  
 .n. testatur Nimrodum Regnū suum incoasse civitatib. Babel, Erech, Achad  
 & Calneh in terra Schinnehar. Qui cum solus tūm potentior alijs & Domi-  
 nus Rexq. esse (dicitur .n. Mamlachtò) cœperit, rectè Solus autor & ampli-  
 ficator Regni Babylonici atq; Monarcha primus Regni Assyriorū statuitur.  
 Antecessit igitur Regnum Babylonicum Democraticum certo populo col-  
 lectum Monarchiam Babylonicam an. 30. ità ut trigesimo anno à partitione  
 Terræ & jnitio Regni Babylonici (tūm Schinneharæi) numerato h.c. Anno  
 à salute ex aquis facta 132 nuper incoato Monarchia Assyrior. Babylonica  
 introducta sit. Cumq. hujus Principio rectè junguntur Extructio Turris,  
 Amplificatio Urbis, Confusio Linguarum, Dispersioq; Gentium, quando-  
 quidèm BABEL fuit Principium istius Regni. Nomen v. Babel demùm post  
 vel ad Confusionem Linguar. Urbi tribuitur, cum certum sit Populum ejus-  
 modi longius sinè Duce & Ductore vivere inq; tanto opere diutiùs versari  
 haut potuisse: cū teste Herodoto in Thalia, Populari multitudine nihil sit  
 neq; insipientius neq; insolentius. Est igitur veri simile ad continuandam  
 Turrim Nimrodum superbè autorem extitisse, tantaq; sublimitate ædificij  
 Regnum suum inchoasse ac eò nominis immortalitatem sibi inprimis tandem  
 affectasse.

ERGO

1758. *Jnitium Regni Babylonici Assyriorum ex uno unius Lingue  
 Populo in Terra Schinnehar Gen. 11. v. 6. Democraticum: spretà  
 scilic. dispositione Monarchæ & Principis sui Noacchi. Vide Func.  
 An. M. 2014. de Morte Noacchi.*

Fit

Fit Apparatus ad edificationem Metropolis BABEL: & La-  
 teres primùm fiunt. Hinc ad Natalem Abrami 251.

Anni Num.	Radic.	2500	praced.	Aur. sive	11	praced.	post Rev.	
		2501	subseq.	Cycl. D	12	subseq.	131.	
	Cycl.	8	praced.	post Rev. 89	100	praced.	post Rev. 6	cöpu-
	⊙	9	subseq.	Veteris	101	subseq.	Gregor.	tat.
	Epact.	20	praced. emb.	Veter.	VII	praced. com.	Corr.	comp.
		1	subseq. comp.		XVIII	subseq. com.	Greg.	

LUNATIONES Veter. Comp. respondent Locis Lunationis  
 Vet. An. M. 130. sive Nativit. Schet. NOVILUNIA Corr. Gr.  
 D. 16. Septemb. Prid. 16. Octob. 14. Nov. Prid. 14. Decembr. 12.  
 Ian. prid. 11. Febr. 12. Mart. pr. 11. April. 10. Maij. pr. 9. Iun.  
 8. Iul. pr. 7. Aug. PLENILUNIA Corr. Greg. D. 30. Sept. 31.  
 Oct. 28. Nov. 29. Decemb. 27. Ian. 25. Febr. 27. Mart. 25. April.  
 25. Maij. 23. Iun. 23. Iul. 21. Augusti.

1762. ♂ ♀ & ♀ Magna Simplex.

1781. ♂ ♀ & ♀ Magna TRIGONALIS X.

1788. Rehhu nascitur etat. Peleg 30. vers. 18.

INITIUM Regni ÆGYPTIACI. Estq. Regnū CCHAMI  
 Filij Noacchi.

NOTATIONIS RATIO est: Quòd S. Scriptura  
 Cchamum, quam Berofus Cchamesenuū nominat lib. 5.  
 istius Regni conditorem indicat Ægyptum nominans  
 Terram Cchami Pf. 78. 105. 106. eò q. juxtà expositionem  
 Hebræor. & Doctorum Catholicor. Ccham primus in-  
 coluerit Ægyptum & Regnum administraverit, undè &  
 Saturnus Ægyptius dictus teste Beroso lib. 4. & 5. jtem  
 Diodoro Sic. lib. 1. Et ipse Berofus cit. loco refert Nim-  
 rodum cœpisse Urbem & Regnū Babylonior. condere  
 anno salutis ab aquis 131. & ab Exordio ejusd. Janum  
 Patre (qui & Noacch) misisse Ccham Filium cum colo-  
 nijs

nijs in Ægyptum; ut manifestum sit Regnum Ægypti eod. tempore cum Babylonico exortum esse. Cui respondet, quòd Iustin<sup>9</sup> Trogi abbreviator lib. i. nominat Vexorem Ægypti Regem, quem dicit Antiquiorem fuisse Nino Assyrior. Monarchâ. Et Eusebius in Chronologia refert Natalem Abrami ad jnitiû Dynastiæ Ægyptior. XVI. quæ Thabeorum dicta est, ita ut antecellerint (confirmante & id Ioh. Annio Viterb.) Natalem Abrami (quem falsò ponit in An. M. 1949. Nini tertij Monarchæ Assyrior. 43.) Dynastiæ XV. quarum priores XII sub DIIS 12. administrata Corrupta. n. Veterum Tempora omnes Reges inter Deos numerarunt, inde à prima Idolatrica statua Nimrodi, ut scribit Viet. Massil. lib. 3. in Gen. undè tot Deos & Deorum cultus ex ortos apud posteros & omnis generis vitia impunè acta existimat Aur. Prudentius lib. i. scribens contra Symmach. hos versus.

*Diod.  
l. 4. c. 1.*

*Tantum posse omnes illo sub tempore Reges  
Indocilis fatui ducebat. ineptia Vulgi  
Ut transire suis cum sordibus induperator  
Possit in æternum Cæli super ardua Regnum.  
Regia tunc omnis vim majestatis & omnis  
Parva licet, cæli imperium retinere Potestas  
Credita, thure etiã Ducib, parvoq. sacello  
Impertitus honos, quam dùm metus, aut amor, aut spes  
Accumulant, longum miseris processit in ævum  
Nos patrius, cæpit falsæ pietatis imago  
Ire per ignaros nebuloso errore nepotes:  
Tum quia quæ Vivis veneratio Regib. antè  
Contigerat, functis eadem jam munere lucis  
Cessit & ad nigras altaria transtulit urnas, &c.*

Jlli XII. DII Majores dicti sunt, inter quos primus Ccham, Secundus Oceamus III. Nilus, & sic cæteris subse-

subsequentibus, quor. unusquisq. regnavit annis 7. singuli in suis Urbib. complectebanturq; Temp<sup>9</sup> annor. 84. (siquidem duodecies 7 tantundem conficiunt Numero) sequentes v. Tres sub 3. Dijs minoribus seu juniorib. administratae annor. 77. Siquidem Tempus hi Gubernationis coeperunt augere, ut primus eor. teneret principatū Annis 14. secundus 26. tertius 37. qui simul sumpti 77. efficiunt. Summa ex numeris collecta est ann. 161. quot sc. annis integris Principiū Regni Ægyptij antecessit 43 inclusivè annum Nini (qui Eusebio & eum sequentib. est Natalis Abrami M. 1949.) quot etiā Annis colliguntur ex annis Regum Babylonior. sivè Assyrior. à Nimrodo videlic. usq. ad 43 Nini inclusivè. Subductis v. annis 161. ab Annis M. 1949. qui nobis refert annum Nini 43 currentem, relinquitur Annus Mundi 1788 qui est annus 132 incoativè currens à salute ex aquis, quo cœpit Regnum Ægypti sub Cchamo & Regn. Babylonicum sub Nimrodo ejus Nepote. E R G O

*Incipit heic PRIMA DYNASTIA Ægyptiorum (quales 1788. describuntur ap. Euseb. in Chronol. itē ap. Manethonem Sacerdotem Ægyptium & Jo. Annum Viterbiensem) quæ Cchamo tribuitur ab Annio.*

*Regnum NIMRODI, qui Beroso est Saturnus Babylonicus, qui potens præ alijs edificat & regnat in BABEL, Erech, Achad & Calneh Gen. 10. v. 8. 9. 10. & c. 11. v. 4. 8. 9. Chron. 1. v. 10. Iosep. lib. 1. c. 10. 12.*

*MONARCHIA PRIMA sc. ASSYRIORUM Babylonica, quæ, ut vult Diodorus, duravit Annos 1360. In Babel fit Constructio turris: quæ consequitur Confusio Lingvarum: Gen. 11. v. 4. & 7. & Origo ex una Gente variarum Gentium ib. v. 6. 8.*

Annus est Seculi secundi 132: Anno sc. Finiti

Diluvij simul incluso.

*Idololatricam Religionem Assyrij incoant. NIMROD. n. Rex*  
B Baby-

Babylonicus primùm — Persarū capiens animos Venator iniquus  
Cl. Mar. à veris Domini Sacris traduxit ad I G N E M: undè esia ab esch  
Vict. l. 3. ignis & Iah Dñs, de quo Vide M. Dress. de Fest. in sup verò etiã  
in Gen: amissò Filiò unicò ad lenimen sui desiderij statuam marmoream  
erexit, ad eã sacra fecit, hostias immolavit; & sic Idolatriæ Auctor  
maximus extitit, ut ab ipso orta feratur Origo Idolorum seu statua-  
rum in Mundo. namq; (ut Victor loquitur) tum ptinus omnes Am-  
plexæ Gentes scelus hoc, crimenq; secutæ Pro Dijs quæq; suis Charos  
habuere Parentes, post etiã simili Reges in honore locarunt,  
Dixeruntq; DEos.

1795. Incipit SECUNDA DYNASTIA Ægypt. quæ tribuitur  
Oceano. 10. Ann. Vit.

1798. GOMERUS (Gen. 10. v. 2.) Gallus posuit Colonias in Terra  
Italia (post sic dicta) anno 10 Nimrodi, & à suo nomine cognomina-  
vit, docens illos leges justitiæ. Berof. lib. 5. Hic primogenitus fuit  
Japheti. ab hoc natus Thuijcon sive Ascenas, à quo Germani origi-  
nem trahunt.

#### REGNUM CELTIBERIÆ.

1800. TUBAL Filius Japheti condit CELTIBEROS in Hispa-  
nia (post sic dicta) Anno 12. NIMRODI; ab hoc etiã Itali oriun-  
di, undè Germanis adhuc dicuntur die Walen. Paulo post  
SAMOTHES (sic dictus, quòd sua etate nō sapientior) cognomen-  
to DISCELTAS, fortè unus ex Nepotib. Iapheti, licet Annus  
eum Thubalis & Gomeri fratrem faciat, quod non ponit Moses  
Gen. 10. Colonias fundavit.

1801. ♂ ♀ & ♀ Magna Simplex.

1802. III. DYNASTIA Ægyptiorum quæ tribuitur Nilo.

1803. MIZRAIM (aliàs Oceanus dictus etiã) an. 15. NIMRODI  
possedit Ægyptum circà Nilum. Non igitur hic est Osiris, ut vult  
Annius, q natus demũ posthac circiter annũ 19. Nini, Mundi 1926.  
Hic quidam Regnum Ægypti ordiuntur, quòd nomen hoc ipsum  
Regno Ægypti familiare est, à possessore nimirum augustiore.  
Sed

*Sed successisse hunc Patri Cchamo è Rat. Notat. supra de jnitio Regni Ægypti manifestum esse potest.*

REGNUM ARABIÆ. SEBA *Filius Raënar Filij Ccham, 1806. cum filio suo GOG Arabiam felicem obtinet An. 18. Nimrodi. Indè Regio Seba, undè Regina, quæ ad Salomonem veniebat. Ex hac Saraceni orti & Mahomet, undè in Scripturis dicuntur Gog, quib. postea junctus Magog h. e. Tartari promigrantes, TURCI.*

IV. DYNASTIA ÆGYPTIORUM. 1809.

MESACUS, quem Moses dicit Mesech, ponit priscos Mesios, 1813. ab Adula Monte usq. ad Ponticam regionem: quæ Regio postea CAPPADOCIA; quam TURCI à MAGOG Filio Japheti Originem trahentes, cum libidine regnãdi tenerentur, & in alienas terras ex Perside (quã cum Dominio majoris Asiæ aliquot annis occupassent) ab Armenijs pulsæ, irrumperent, primum stabili imperio obtinuerunt, & adhuc potenter retinent, ac ea est Terra Magog principaliter. In hac Urbs MAZACA ab autore Mesaco, quam Claudius Imperator Rom. postea CÆSAREAM vocavit, quod tamèn nomen ei rursus derogatum per Iulianum Apostatam Imp. Vide Eccl. lib. 6. c. 4.

Füc. cõ.  
Chro. in  
An. p̄f.

THVYSCON, aliàs Ascenas, primogenitus Gomeri fundavit SARMATAS maximos Populos, qui nunc dicuntur THVYSCONES, Germani, die Deutschen: habitavit ad Rhænum è regione Colonia, scribiturq. regnasse à Fluvio Tanais usq. ad Rhenum. Tacit.

Quinta DYNASTIA Ægyptior. Dei quinti. 1816.

CHAMESENIUS sive Ccham Telchines in Ægypto magicam 1818. docet magna cum laude.

SERUG nasc. etat. Rehhu 32. v. 20. 1820.

♁ ♃ & ♄ Magna simplex. 1821.

Sexta DYNASTIA Ægyptior. DEI Sexti. 1823.

SAGÆI Sacerdotes Armenij multiplicati possederunt omnem 1826. regionem Caspiam ab Armenia usq. in Bactrianos.

JANUS, bifrons iste NOACCH, traduxit IANEOS colonos in Hircaniam; & IANILEOS sivè JONES in Mesopotamiã mare versus sub Babylonia. Hiq̄ oriundi sunt à JAVAN Filio Japheti. Vide Josephum, Funccium, &c.

1828. GANGES, Mosi JAKETAN in India Sedem, & Nomen sibi fixit. Et ab hujus Filio HEVILA India apud Hebreos nomen retinet, fortè quòd Fratribus suis fuerit potentia major.

Coloni aliquot nunc ex filijs Gomeri in Bactrianis sibi sedes fecerunt.

1830. Septima Dynastia Ægyptior. DEI Septimi.

1832. GETHER & MAS Filij Aram Gen. 10. v. 23. Filij Sem, cum Filijs suis MASSAGETAS Condunt in Asia sec. Func. conject. ex Beroso.

ANAMOEON adolescens MOEONES Græci à nomine suo condidit. Regnavit annis 150: fortè Unus ex Nepotib. Iavan.

NIMRODUS Babylonia Monarcha mittit Principes Colonia- rum in Asyam, scil. ASSYRIUM, MEDUM, aliàs MADAI, MOSCUM & MAGOGUM. Beros. lib. 5. Ab Assyrio orti Assyrij, à Madai Medi, à Mosco Moschi (vide Ezech. 38. v. 6. Togarmah) à Magog Tartari majoris Asia, è quib. postea Turci, &c.

1837. Octava Dynastia Ægyptiorum. DEI VIII.

---

RATIO NOTATIONIS DE PRINCIPIO  
& ANNIS Regni BELI & NINI.

**N**umerus Annor. 131 apud Berosum, Metasthenem & alios, qui tribuuntur tempori Monarchiæ Nimrodi post Diluvium exactum annum M. inferunt 1787. Ab hoc Inclusive numerat idem Berosus & Xenophon in Epitaph. annos cõpletos 56. Regno igitur Successoris  
1787 BELI debetur An. M. currens 1844. incipiens Mense. 2.  
56 quo desijt sc. Diluvium. Hujus Regno rursus Berosus  
1843 & Xenophon in Epitaph. Nini tribuunt annos comple-  
tos 62. Eusebius v. (in præfat. Chronol.) & D. Augusti-  
nus 65.



nus 56, ab anno 1844 inclusivè numerandos. Hinc secundum Berosum & Xenophontem principium Regni Nini cadit in An. M. currentem 1906, at sec. Euseb. & August. in An. M. 1909. In hac v. diversitate sciendum Berosum, Metasthenè, Archilochū Poëtam de Temporib. & alios, Principium Nini primi Monarchæ Assyriorum & conditoris Niniveh referre aliàs in annum à salute ab aquis sive post Diluvium 250 currentem, sicut Nimrodi in An. 131. Indè Regnum Nini venit in annum M. 1906. (oporet. n. annum finiti Diluvij M. 1657. jàm simul includi primo numerationis, siquidè is vix jàm incoatus erat) A qua computatione longiùs biennio recedit Annotatio Eusebij & Augustini, nisi finis Diluvij ponatur in An. M. 1658. contrà sacram historiam, uti sub loco docuimus: proximè v. videlicet annuo tempore accedit sive consentit Berosi & Xenophontis Annotatio, præsertim si Anni 62. plus minus completi in regno Beli summuntur: tunc. n. annus Regni Beli 63. Mundi 1906. morti ejus & simul incoationi Regni Nini tribuitur. Quib. respondet etiàm Ratio Notat. de Initio Regni Ægyptij & Numeratio Dynastiar. ejusdem, quarum XVI. cadit in Annum Nini 43 currentem, prout ab Annio Viterb. & Eusebio annotatum.

ERGÒ

*BELUS II. Assyrior. Rex dictus Saturnus, regnat. Successit 1844. n. Nimrodo (filiò destituto) qui regnavit annos integros 56, & tum in edificatione Turris turbatus subito non comparuit; ut vult Beros. lib. 4. Huc igitur secund. eund. referenda extrema Edificatio Turris Babylonice, Confusio Lingvarum & Diffusio Populi unius in Gentes varias. Regnat v. Belus annis 62. annis plus minus completis. Hinc ad interitum Sardanapali Augustinus numerat. 1305.*

*GOMERUS more Scythico Italos docuit Urbem componere ex 1847. curribus, undè Urbs ipsis appellata Veij fuit.*

B 3

THIRAS

THIRAS filius Japheti Tyro Urbe maritimâ fundatâ condit  
 THRACES in Europa; fortè ex Tyro fugatur à filijs Canaan,  
 eo tempore eam regionem incolentibus. Funcc.

1849. ARCASTENUIT Arcadium, EMATHIUS Emathiam. Funcc.

1850. NACCHOR avus Abrahami nasc. etat. SERUG 30. v. 22.  
 Hinc ad Nativitatem. Abrami 159. JUBILÆUS à Mundè  
 Exordio 37.

Anni Num.	{ Radical. Cycl. ☉ Epact.	{ 3492 } præc. { Aur. sivè } 3 { præc. } post Revol. { 3493 } subseq. { Cycl. D } 4 { subseq. } (131.) 28 { præced. } Veter. post { 92 } præced. { post Rev. 6. } 1 { subseq. } Rev. 124. { 93 } subs. { Corr. Greg. } cōputat. 22 { præced. emb. } Veter. { x1 } præced. com. { Corr. Gr. } iij. { subs. com. } { 20 } subs. emb.
--------------	---------------------------------	---

LUNATIONES Vet. Jul. Comp. respond. Locis Lunationum  
 ejusd. Comp. Anni M. 1042. sivè Obitus Schet. Lunationes v.  
 Corr. Greg. Computat. respondent Locis Lunat: ejusdem Comp.  
 An. M. 395. sivè Nativ. MAHALALEelis.

1851 DECIMA DYNASTIA Ægyptior. Dei scil. x.

1856 OCHUS Vejus in Hetruria incepit regnare juxtà Annum  
 annis 50.

1858 Undecima DYNASTIA Ægyptior. Dei sc. xi.

1861 ♂ ♀ & ♀ Magna simplex.

1865 DUODECIMA DYNASTIA Ægyptior. Dei sc. xii. &  
 ultimi Majoris.

1872 XIII. DYNASTIA Ægyptior. Dei sc. primi trium junio-  
 rum Deorum annis 14.

1879 TERACCH (Pater Abram) nasc. etat. Nacchor 29. v. 24.  
 REGNUM SICYONIORUM, cujus Rex prim⁹ Egialeus juxtà  
 Eusebium Natalem Abrami ponentem in An. Theracchi 70. &  
 An. etat. Abrami 51 in An. M. 2000, ut hic sit 70 currens antè  
 Nat. Abramum juxtà eundem. Reliqui hujus Regni Reges ordine  
 suo itidem recensentur ab Eusebio.

CON.

CONIUNCTIO  $\text{H}$  &  $\text{Z}$  Magna simplex. ————— 1881

XIV. DYNASTIA *Aegyptiorum*. Dei sc. secundi. 3. Iunior. 1886

*Deorum. annis 26.*

JANUS' (Noacch) pater posuit colonias in Arabia felice, quã 1888  
suo nomine vocavit Noam, & à Cognomine Janienas, cuius me-  
minit Plinius lib. 6. cap. 28.

Posteritatis Gomeri Populi in Italia ceperunt dici GALLI.

Berosus in Belo.

ARAXA cum Filio SCRTA, creato SABATIO Saga omnium 1895

Sagarum gentium Rege, & in Armenia relicto, Occupant omnem  
partem Occidentalem ab Armenia usq; in Sarmatiam Europæ.

Berosus in Belo.

CHAMESENIUS venit in Italiam ad Gomeros; cumq; nõ 1900  
compareret Gomeyus, ipse cepit regnare & colonias suã impietate  
corrumpere. J. F.

Hammon Tritonis Filius, Rex Lybie, Pater Dionysij, qui &  
Bacchus, regnavit. A quo fortè Templum Iovis Hammonis. De  
Dionysio lege verba apud Func. in Chr. hujus anni.

$\text{H}$  &  $\text{Z}$  Magna simplex.

1901

NINUS in Assyria Rex & Monarcha ann. 52. qui ex 1906

structione amplificavit Niniven (Xenoph. de æquivoc.)

quæ & ipsa à Ptolemao Ninus vocatur. Diodor. l. 2. c. 2.

Cum ARICO Rege Arabum intrã 17 an. Omnem Asiam

sibi subiecit, præter Indos & Bactrianos. Idem Diodor<sup>o</sup>.

Hic Ninus Cultum Idololatricum, quem Nimroth pro

amisso filio instituerat, totum in Belum, qui Nimrodo

loco Filij successerat, Patrem suum transtulit, cuius Ima-

ginẽ in Domo Regia collocavit & ad eam confugientib.

veniam dedit. Hincq; SIMULACHRORUM Originem

in reliquum mundum manasse scribit Lyra. Estque

HIC CULTUS BAALITICUS ille, qui multis post se-

culis viguit. qui. n. Bel (Belus) ab Assyrijs dictus est, eum

Pœni Bal & Hebræi Baal vocarunt (ut & Servius Gram-

maticus

In Cap.  
Sap. II.

maticus annotavit) cui postmodum Israelitæ & aliæ gen-  
tes speciosam Babylonior. Religionē suscipientes, plu-  
res attribuerunt potestates & numina, plures præterea  
appellationes & cognomenta eid. indiderunt. atq; ita  
G. Fabr. com. in Poët. Christi. Lit. B. varios Baalim honorarunt. Primus dictus est Beelzebub,  
Dñs Muscarum. alter Beelphegor, Dñs Cadaverum.  
III. Baal Bosor Dñs Dissipationis. IV. Baalpeor, q. Dñs  
nuditatis, quem Hieron. in c. 4. & 9. Oseæ ait fuisse Priapum.  
V. BaalBerith, Dñs fœderis, Idolum Sichimitar. Iud. 9.  
VI. Beelzephon Dñs Speculæ (à Zaphah) vel  
Fagi<sup>9</sup> ex sent. Hebraeor. Theop. Leb. in Onomas. Th. in Voce Baal. Aquilonis (à Zaphon) Idolum servos ex Ægypto fugitivos  
observans, constitutum ad littus maris rubri, ubi  
castrametatus Populus Israel insequente Pharaone, tran-  
siit mare rubrū, qui locus ipse hoc nomine (Beelsephon)  
insignitus.

PHORONEUS Rex Græcor. antiquissimus (cujus & Plato meminit in Timæo) regnat. Plin. lib. 7. cap. 56. ex Epigene. Jo. Annius Viterbiens. in com. sup. Berof. Chald. f. 101.

JUSTINUS heic incipit similiter & Orosius narratione Eventuum profanorum. Annus Seculi Mundi Secundi 250. à Partitione Terræ 148. & cõdita Urbe Babylonica & incæpta Turri 118. Hinc ad interitum Sardanapali Augustin. de Civ. Dei lib. 4. c. 6. & Euseb. in Chronol. numerant annos 1240. ponunt verò Annū Nini in An. M. 1909.

1910 CHAMESENUUS Comeros Italos conatus corrumpere cõtrà Instructionem Samotis, juvantib. illum convenis & advenis, quos ad colonias Italiæ conduxerat, quosq; ipsi vocant MONTANOS ABO-  
RIGINES.

Berof. in Nino. TUBAL Celtiberos & SAMOTES Celtos, TUISCON Scythas Sarmatas legibus informat.

1912 XV. DYNASTIA Ægyptiorum. Dei sc. tertij 3. Deor. junior. annis 37.

JANUS

JANUS' (Noacch) Pater ex Africa venit in Celtiberiam, ubi 1918  
duas Colonias posuit à se dictas Noëlas & Noëglas. quibus nomi-  
nibus prius cognominaverat Uxores Iapheti & Chamesenui.

Tempus circiter primum Dyonisij Ægyptij Dei seu Principis. 1919  
Tribuit. n. ipse Herodotus intervallo à sua ipsius atate ad Dyonisiū  
retrò annos 1600. Hi subducti ab atate Herodoti vid. An. M. 3519.  
quò Claruisse scribitur Herodotus ( ut docebitur s. l. ) relinquunt  
Annum p̄sentem Dyonisij, qui 30. ann. p̄st claruit maximè po-  
tentia & virtute heroicâ in Ægypto.

CONIUNCTIO H & Z Magna simplex. 1921

Secundus Adventus NOACCHI in Italiam. & Regnum 1925  
CRANÆ Helernæ Reginae Montanorum ABORIGINUM. de  
quo vide Berosi Verba, q̄ & in Func.

OSIRIS Ægypti nascitur ex Cchamesenuo & Rhea Sorore,  
dum in Lybia regnaret. annum circiter 19 Nini Regis Assyrior.  
Berof. lib. 5. Nam Rhea Uxor HAMMONIS venit ad Ccha-  
mesenuū à Patre ex Italia discedere coactum eiq̄ nupta simul ambo  
HAMMONEM cum Titanibus impugnant, belloq̄ commissò è  
Regno in Cretam pellunt. Mox Rhea ex Cchamo OSIRIM con-  
cepit, qui postea Deus & Rex magnus apud Ægyptum habitus  
est. Hæc Func. conijcit in An. M. 1928. Circà hoc tempus Ninus  
Aricum Regem Arabum in bellis socium domum remisit: jtem  
Ninam seu Niniven condidit. Diod. l. 3. cap. 1.

JANUS' (Noacchus) Janiculum in Thuscia condidit, hanc  
sibi sedem perpetuam habens usq̄ ad Arnū, Ubi colonias positas  
vocavit Aryn Janas id est Jano exaltatas. 1928

EUROPS II. Sicyonior. Rex annis 45. juxtà Eusebium 1931

SEMIRAMIS Fœmina bellicosissima, p̄st Assyrior. Regina,  
Nini Uxor, primum v. Menonis præfecti Syriæ conjux (aliter ha-  
bet Ant. Muret. Var. lect. l. 6. c. 17.) à Dea quad. nascitur Asca-  
lonis in Syria & nutritur ab Avibus in loco quodam deserto &  
saxoso divinitus Diodor. l. 3. c. 2. 3. 1939

C

Numerus

Num. Anni	Radical. { 2681 } preced.   Aur. sivè { 2 } pced. } post Revol. { 2682 } subseq.   Cycl. D { 3 } subf. } (141.

Epactæ & Lunationes Vet. C. An. M. 235. Corr. Gr. Comput.  
 Locis Lunat. Vet. Comp. An. M. 1140. seu Mortis Enoch respōdent.

1940 SEMIRAMIDI infanti, cum firmiori cibo egeret, Aves caseū  
 raptum ferunt. Hinc reperitur à pastoribus, à quib. infans speciosā  
 formā nutritur & Simmæ p̄sidi pastorum donatur, qui liberis ca-  
 rens, ut filiam magnā curā habet & Semiramidem ab avibus lin-  
 gvā Syriacā appellat. Diodor. lib. 3. c. 2.

1941 Conjunctio ♄ & ♀ Magna simplex.

1949 THERACCH incipit gignere Filios, Haranem & Nacchorem, vel  
 alterutrum.

PALLADON Græcis Minerva, Infantula exponitur ad Tri-  
 tonidem lacum hincq; à Dyonisio Iove Lybico AMMONIS  
 filio in filiam adoptatur. Hæc postea Militiam docuit Lybicos: &  
 hinc apud Berosum Militia nomen PALLADUÆ sortita. Dicitur  
 etiam Athenar. Conditrix ap. Platonem in Timæo.

SABATIUS nullo pacto sibi Regna concedi videns BARZANE  
 Filio Armenijs Sagis Rege creato concessit in Littus Ponti SAR-  
 MATICUM. Berof. in Nino.

Dyonisius Ammonis Filius armis Rheam & Cchamese-  
 nuum paterno Regno expellit, OSIRIM capit & in Filium ad-  
 optat, eumq; à Patre suo Ammonem Iovem cognominat, ut à Magi-  
 stro Olympo Olympum (dicitur tamèn & Dyonisius ipse, itèm  
 Ammon) eiq; totius Ægypti Regnum tradit (Berof. l. 5.) quem co-  
 mitatus scribitur Canis ANUBIS corporis sui custos: postea Ægy-  
 ptior. Dæmon Canis formā cultus. Diodorus habet lib. 1. cap. 1.  
 ANUBEM & Macedonem fuisse Filios OSIRIDIS, utrumq; ar-  
 mis insignem, & ANUBEM Canem, Macedonem v. Lupum in  
 insignib. armorum habuisse.

Hero. l. 2.  
 Diod. l. 1.

V. Ge.  
 Fabric.  
 in Christ.  
 Poët. p. 9

XVI. DYNASTIÆ Ægyptiæ Initium ab Eusebio huc refertur, & respondet calculus à primo Regni Ægyptij (qui est M. 1788.) huc usq; deductus: An. Nini 43.

Primus est Annus OSIRIDIS in Ægypto Dei sive Regis: Qui studet Agricultura, Vineam invenit. Mercurium sive Hermen veneratur propter artes & consilia, inventionem literarum, Astronomia & Medicina. Inventionem Frumenti & frugum peregrinus docuit in Palestina. Indè in Ægyptum nutritâ comâ (Diod. l. 1.) reversus. Inventô aratrô & alijs agricultura rebus totum Orbem sensim peragravit docendo à se inventa, & ita toti Orbi imperavit, exceptis locis, quæ erant jam in Potestate Babylo-niorum. Berof. in Ninia. Docuisse etiam scribitur facere Potum ex Hordeo ubi deesset Vinum. Diodor.

Æris & Auri Fabri, qui Statuas & Tempa aurea fabricarunt, primum inventi in Thebaida. Item Arma ad feriendum feras & Terras excolendas.

Eusebij Chronologia incipit. Jubile<sup>o</sup> à M.C.39. juxta Hebraeor. 1950 annotation. quam ipse annotat.

JB ERUS Filius Thubalis II. Rex Celtiberor. reg. an. 37. à 1955 Quo Iberi denominati.

MAGUS Filius SAMOTIS regnat. ap. Celtas Oppida po- 1957 nens plurima. Berof.

BARSANES Rex Armenia superatur à Nino Rege Assyrior. 1958 cui se dedit Berof. l. 5. Diodor. l. 3. c. 1.

Diodorus tamèn hanc deditioem priorib. Nini temporibus adscribit. cit. loc.

SEMIRAMIS, Mulier scelevatissima, IV. Regum Assyrior. annis 42. De cujus Ortu Regni jnitio & fine Vide Diod. Sic. de ant. Fab. lib. 3. cap. 2. 3. 4. 5. Item Jo. Annium in Beroso de Semiramide. Amplificavit & muris exornavit Babylonem. Solinus c. 64. Plin. lib. 6. c. 22.

SABATIUS (an. 1. Semir.) à Ponto solvens in Italiam ad Patrem Ianum Noacchum venit, à quo hospitio exceptus post ali-

C ij

quot

quot annos factus est Coritus id est Rex cum Sceptro praefectus Aboriginibus. Berof.

Apud Janigenas Razennos VESTA Uxor Iani ignem sempiternum tradit Virginib. puellis Sacra edoctis custodiendum: unde postea Virgines VESTALES successu temporis cum superstitione sua extiterunt.

ISIS Juno Aegyptia nata ex Rhea & Cchamesenuo, Uxor OSIRIDIS facta maximū sibi acquisivit nomen apud Aegyptios inventionem Medicamentorum & Medicinae felicitate, etiam ad immortalitatem. Videatur ejus Epitaph. ap. Diod. Sic. lib. 1.

1961 Conjunctio ♄ & ♃ Magna simplex.

1964 MANNUS filius Thuysconis regnat apud Sarmatas Rhœni, an. 6. Semiramidis. (Berof.) Hujus meminit & Cornel. Tacitus in libel. de Morib. Germanor. statim ab initio.

1970 SABATIUS Saga cum Iano regnat ab an. 12. Semiramidis per annos 31. in Italia. Berof.

1975 SABATIUS Saga Italos Agriculturam & Religionem docuit.

1976 SELCHIN III. Sicyoniorum Rex an. 20. juxta Euseb.

1980 SABATIUS Sabum praefecit Sabinis, forte ab eo sic dictis, & Aboriginibus. Ipse juxta Ianiculum manens cum alijs curetibus. Berof. an. 22. SEMIRAMIDIS.

CONIUNCTIO ♄ & ♃ Magna TRIGONALIS XI.

Anni Num.	Radic.	1992 } praeced. } Aureus	5 } praeced. } post Rev. 143.
		1991 } subseq. } sive Cycl. D	
	Cycl. ☉	6 } praeced. } post Rev. 97	322 } praeced. } post Revol. 6.
7 } subseq. } Veter.		323 } subseq. } Corr. Gr. Cōp.	
Epact.	*	praeced. embol.	Corr. Greg. Computat.
	XI	subseq. com.	

Epacta & LUNATIONES Veteris Comp. respōdent Epactis & Lunationibus Correct. Comput. An. M. 1422. sive



sivè Mortis Iared. Correct. Gr. NOVILUNIA. D. 23. Sept.  
prid. 23. Octobr. 21. Novemb. prid. 21. Decemb. 19. Jan.  
prid. 18. Febr. 19. Mart. pr. 18. April. 17. Maij prid. 16. Iun.  
15. Iul. pr. 14. August. PLENILUNIA: D. 8. Octob. 7. Nov.  
6. Dec. 4. Jan. 3. Febr. 4. Mart. 3. April. 2. Maij. 1. Iun. 30.  
Iun. 30. Iul. 28. August.

1983

ANAMŒONIS Regni finis Vide suprà An. M. 1832.

1992

JUBELDA III. Celtiberor. Rex annis 66. anno 24. Semiramidis incipit habitans ad montem jubeldam ab ipso sic dictum, nunc Hispanijs GIBRALTAR. Func.

1990

APIS IV. Sicyoniorum Rex juxtà Euseb. annis 25.

1997

PELEG Moritur etat. 239. Gen. II. v. 19. PRIMUS à Diluvio natus moritur Pat.

1998

NACCHOR Moritur etat. 148.

2000

CONIUNCTIO 6 & 7 Magna simplex. Jubileus à Mundi exordio 40.

SABATIUS obiit; & JANUS senissimus CRANUM filium suum Coritū creavit priusq; octavo post anno & ipse obiret. Hunc Janigenæ Vorthumnum appellarunt, Templumq; ei divinis honoribus consecrarunt. Annius sup Berof. lib. 5. statuit Sabatium fuisse Saturnū illum à quo Italia dicta Saturnia, eiq; Saturnalior. ludos fuisse dicatos. De quibus vide pl. apud Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 7. Dresser. de Festis.

ZAMEIS NINIAS V. Assyrior. Rex annis 38. Parùm in Regno splenduit Babylonico; nisi q; Tempa Deor. & CHALDEOS, scil. Sapientes Babyloniae, Astronomos, Physicos &c. de coravit. Berof. Sub hujus imperio à Trebeta existimatur condita Trevira ad Rhænum, Moguntiacum, & Mediomatricum Urbs in Lotharingia olim Metropolis.

RATIO NOTATIONIS de MORTE NOACCHI.

SI à Nativitate Noacchi ad Obitum ejusd. numeratur  
SAnni 950 expressi cap. 9. v. ult. producitur Annus  
C 3 Mundi

Mundi 2006 pròpiùs finitus: fin v. à Termino Diluvij, videl. Año M. 1657. incoato numerantur Anni 350. quos adhuc supervixit Noacchus pòst finitum Diluvium. Acchar hammabbul (hoc. n. continet hæc dictio & phrasîs hebræa, itemq; ordo historica scriptio) tum producitur Annus M. 2007 recens nuper incoatus. Atq; ita tamèn utrobîq. ratum manet, Universam Noacchi Vitã fuissè annor. 950 fermè vel etiã prorsus completorum.

ERGÔ

2006 \ Noacchus Mor. et. 950. c. 9. v. ult. à Diluvio finito c. 9. v. penult.  
 2007 } 350 ppè finito: Scilicet An. M. 2006. jam fermè delapso vel 2007 recens incoato. Vixit antè Diluvium cum seqq. Patrib. cum Enoscho annis 84. Kainan 179. Mahalal. 234. Jared. 366. Methuschalach 600. Lamech 595. Schem 97. pòst Diluvium cum Schemo 350 ( in universum 447, Arphachschad 347. Schalach 312. Eber. 282. Peleg 248. Rehhu 218. Serug. 186. Nacchor 156. Theracch. 127. cumq; alijs multis quos recenset Historia profana modo ferè hæctenus præscripto, plurimis in miseris. de quibus lege J. Funccium.

2007 Apud THUICONES regnat JNGEVON, & Literarum studia instituit ad reprimendam hominum audaciam. Berof. Eius meminit & Tacitus de Morib. Germanor.

RATIO NOTATIONIS de Tempore Nativitatis ABRAMI.

**B**ifaria in Sacro Codice sese torquet Notandi Ratio pro Tempore Natali ipsius Patriarchæ ABRAMI, quar. utraq; firmiora, ut videtur, sibi vendicat fidei argumenta. Nos Veritatem potius quàm Autoritatem alior. Chronologorum & multitudinem dissentientium respicientes Eam amplectimur, quæ Annum 130 ætatis Therach ascribit Nativitati ABRAMI, ac primùm hinc videtur firmiter obtineri, quòd in Codice Mosis sacro Historia plana Oratione refert Patrem Theracchum egressum esse ex Ur Chaldæor. ad proficiscendum (vel proficiscendo) in Terrã Canaan cum Filijs suis & hor. Uxoribus. pervenissèq; usq. in Haran, ibiq; consedisse & obiissè anno ætatis DUCENTESIMOQUINTO. Cap. 11 v. 29. 30. 31. 32. Pòst hunc verò Patris Theracch Obitum continuã Oratione Moses pertexens

I. Argũ.



pertexens Historiam Mandatum de itinere Abramo suscipiendo addit, quod  
 Abramum ad Mandatum (Caascher dabhar elau JeHoVan ψ.4.) tum quidem  
 Filium seu Hominem versantem in anno (ab ætate) Septuagesimo quinto, una  
 cum Suis suscepisse scribit c. 12. ψ. 1. 2. 3. 4. 5. Qui sanè 75 Migrationis sive  
 itineris A B R Æ subductus ab anno Obitus Parentis, qui contiguè in Textu  
 datum, imò repetitum, de Migratione Mandatum præcedit, videlicet. 205 æta-  
 tis Theracch, prodit Abramum natum esse ætatis Theracchi 130 anno, adeoq;  
 Abramum non esse primogenitum Theracchi, quippè qui 60 anno post natus  
 fuerit, quàm hic progignere liberos cœperit. Prorsus. n. non verisimile est  
 Abramum antè 70 ætatis genuisse Filios ex seqq. rationibus, quar. ducitur  
 Prima à præcedentium Generationum Descriptione ejusd. Historici & Libri,  
 quæ cum indigitantur simpliciter posteritatem sequentè præ se ferunt, Utp.  
 Gen. 5. ψ. 1. Zeh Sæpher Tholedòth, Hic (est) Liber Generationum sc. in  
 consequentiâ ab Adam (Homine) ad Seth, à Seth ad Enosch. &c. similiter, c. 6.  
 ψ. 9. Elleh Toledòth Noacch, Hæ (sunt) Generationes Noacchi, q. repetitur  
 c. 10. ψ. 9. Simile est c. 11. v. 10. de Generationib. Schem usq. ad Theracch, ubi  
 eadem phrasis & Historiæ descriptio iisdè verbis agitur: elleh Toledòth The-  
 racch: Hæ (sunt) Generationes Theracch, Theracch genuit: undè ejusd. seq. læ  
 (non prædecessionis alicujus simul) rationem eam habere conijcimus. Ubi  
 notandum non ubiq. adductorum locorum Germanicam interpretationem  
 in Vocabulo **Geschlecht** posse consistere, cum id Liberos aliquos natos antè  
 annos Generationi adscriptos simul inferre videatur. II. à phrasi & locutio-  
 ne circumscriptiva & distinctiva, quâ dicitur prius Theracchum vixisse scilicet tot  
 años, & postea GENUISSE I. Vaijecchi & Vixerat 2. Vaijolet, & Genuit, &c.  
 III. Ab Exemplo priori eodem modò ac eod. Historico prolato, è quo sensus  
 Historici in simili sequente percipi potest. Nam in Historia Filior. Noacchi,  
 Schem, Ccham, Japhet, Moses disertè scribit, nullum eor. antè annum 500.  
 natum esse, sed Cchamum esse natu minimum Gen. 9. ψ. 24. Schemum Mediū  
 natum an. 2. post 500 nam duob. an. post Diluv. exact. centenarius est, &  
 Japhetum maximum sive majorem omnium c. 10. ψ. 21. Cui cum alius qui  
 spiam nullo modo à Scriptura assignetur quingentesimus Notatus omninò  
 designandus est: quemadmodum & Generationem Filiorum Theracchi  
 omnimodè his respondere ex seqq. patebit, ubi Haram, qui ultimò nomina-  
 tur major omnium ostendetur, sicuti supra Japhet, ut indè firmissime habeat-  
 ur conjectura & in reliq. duob. Notandis Mosen eund. ordinem observasse.  
 Porro huic sententiæ assipulatur Vir in N. T. sanctè commendatus Stephanus  
 Proto-Martyr CHRISTI, qui in actis c. 7. concione suâ ad Hebræos disertè re-  
 petit, Abrahamum migrasse ex Haran DEO ita ordinante & jubente, postq;  
 mortuus esset Parens ejus Theracchus V. 4. Expressè .n. concionatur I. Abra-  
 mum ex Ur Chaldæor. profectum in Haran consedisse, donec Parens vitam  
 finiret (τὸτε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαιῶν, κατῴκησεν ἐν Χαρραν) &  
 postquam mortuus ibi esset Parens, tum cum traduxisset coloniam Terram  
 sanctam sibi promissam (κατεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθάναι τὸν πατέρα  
 αὐτοῦ, μετώκησεν αὐτὸν (θεός) εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς τὴν ὑμεῖς νῦν  
 κατοικεῖτε. Ver. 4. Act. 7.) Ex quib. Verbis manifestissimè apparet ipsum  
 Sanctum

II.  
Argum.

- Sanctum Stephanum Textum Ebraeum simpliciter prout post Mortem Patris Theracch Migrationem Abrahæ recitat & narrat, intellexisse & accepisse.
- Gen. 12. Moriebatur v. Theracch a<sup>n</sup>o ætatis 205. Gen. 11. Abramus autem natus erat  
 v. 4. annos 75, cum migraret ex Haran. Unde cōcurrentib<sup>9</sup> simul 205 Theracch  
 & 75 Abræ, subtractis 75 à 205 relinquuntur omninò pro Nativitate Abrami  
 non 70 sed 130 anni ætat. Tharæ. Ac sanè verisimile est Virum tam sanctum,  
 Actor. 6. pium & circa Sacra quotidie occupatum, probè in Sacris Literis versatum,  
 v. ult. ear. rerum verum intellectum tum singulari S. Spiritus dono, quo donatus  
 fuit, tum ex Præceptorum, Patrum & Sacerdotū veterum institutione rectè  
 assecutum fuisse. Tertio firmissimum ex ipso Textu Mosis sumitur argu-  
 mentum, quòd expressè dicitur Abramum cum Theracch & Loth, cum  
 III. profecti ex Ur Chaldæorum irent in Terram Canaan, in ipsa Via confedis-  
 Argum. se habitando in Haran (dicitur .n. Vaijaschebhù scham, & Habitarunt, conse-  
 Gen. 11. derunt ibi; non ibi excluditur Abramus, quasi iter in Canaan persecutus sit)  
 v. 13. donec, uti explicat D. Stephanus Actor. 7. & seq. v. ult. Cap. 11. innuit, Pater  
 annor. 205 moreretur: & q. cap. 12. v. 5. colligitur Abramum sibi comparasse  
 in Haran opes & facultates. Secum .n. abduxisse dicitur omnem Substan-  
 tiam eor. quæ comparaverant sibi Col Rechuscham ascher racheschù: jtem  
 fecisse h. e. educasse & comparasse sibi animas, id est, Homines & jumenta,  
 eaq; Quæ oportuit jam fuisse aliquot annorum, in Terram Canaan secum  
 duxisse. Ex quib<sup>9</sup> patet Abramum post profectiōem ex Ur Chaldæor. iter  
 non continuasse, sed unà cum Parente Seniore habitasse aliquot annos, imò  
 v. usq; ad Obitum Parentis, quod sequens etjam docebit argumentum, & non  
 IV. statim ad mandatum confecisse. Quarto .n. quod dicitur Abramum secū  
 abduxisse Lothum & omnia, eandem sententiam confirmat. Namq; omninò  
 non verisimile est, ipsum prorsus Parentem solum reliquisse. probabile potius  
 est divinam clementiã Senio etiã in Medio itinere pepercisse, ipsiq; Parenti  
 languido maxumum Solatium, Charissimum Filium, ubi locorum ipsum re-  
 sidere propter imbecillitatem oporteret, reliquisse, donec Vitam hanc solve-  
 ret: prout ita hæc quoq; interpretatur Cl. Mar. Victor Massiliens. Rhetor  
 in Gen. c. 3. -- successit Filius Abram &c. Quem postquam Morte Parentis  
 jussa sequi jam Possedei sinè fraude liquebat His Dominus famulum  
 V. (Abramum) meritis dignatus adire est. Quinto patet ex Textu Mosis  
 c. 12. v. 5. primam eam esse Abramo peregrinationem, in qua secum sumit  
 omnem Substantiam & omnem familiam ex Ccharan, nam ita Moses: Et ac-  
 cepit Abram Saram &c. Vaijazebhù lalæchet, & exierunt Ad proficiscen-  
 dum, non Ad redeundum (neq; .n. Abramus Solus omninò jam antea in Ca-  
 naan fuisse dicitur) in Terram Canaan. Aut igitur hac peregrinatione Patrē  
 prorsus solum reliquit in Via, quòd ex impietate absurdum, ut dictum: aut  
 unà cum ijs quos secum omnes abduxit cum Patre, donec moreretur, per-  
 mansit, quod certissimum. tandemq; profectus primū. At cum proficisce-  
 tur, erat annor. 75, undè factā deductione, ut suprā arg. 1. Annus Natalis  
 VI. Abræ 130 Theracchi prodit. VI. Arithmetica à quibusdam & firma à  
 Luthero habetur Ratio in Mose. Quod Sara fuit Filia Haran, nam omnes  
 ferè interpretes volunt Saram esse Liscam. Abraham autem tantum decen-  
 nio

nio excessit Uxorem ætate Gen. 14. Nam ibi Abrahamo centenariorum & Saræ nonagenariæ promittebatur Suboles. Undè impossibile, quòd Abraham excesserit ætate fratrem Haran, cujus Filia tantum decennio minor est Abraham. Nam si Abraham tantum decennio excedit Fratris Filiam, & fingitur major natu fratre, sequitur fratrem Haran ad summum octo annor. fuisse, cum Saræ gigneret. Id planè absurdum est. Urget hanc ratiocinationem maximè contra Judæos. Opinionem N. Lyra, & probat hanc M. Luth. in Gen. c. 11. & 22. Concluduntq; Abraham ultimò genitum esse, & 60 annis minorem fratre: adeò ut omninò Annus 130 ætat. Theracch natiuitati ejus competat.

VII. Cum etiam Abraham ignoraret quid fieret ap. fratrem Nacchor, qui in Haran Syriæ cum Uxore sua manserat, scribit Moses nunciatum ei esse de familia & Sobole Fratris, quòd genuisset ex Milca 8 filios & ex concubina quatuor, præter Rebeccam, Personas XII. Ex qua numerositate Sobolis, itidè sequitur, Nacchoem esse majorem natu Abraham itè Bathuel habet Filiam Rebeccam, Neptem Nacchor. quandò Abraham 80 annos habet. Undè itidè conjectura sumitur Abraham non esse primogenitum, consentiente etiam Luthero Com. in Gen. l. cit. sed Haran, cujus Filias Milcam & Ijseam seu Saram duxerant Nacchor & Abraham fratres. Quòd si verò primogenitus nõ fuit Abram, nec ideò etiam septuagesimo Theracchi natus fuerit, quòd primo loco isti Numero annor. ascriptus est in Genesi, namq; antè 70 ætat. non genuisset. Theracchum ex superioribus patet. VIII. Productò temporis ordine à Natiuitate Abræ ad Tempus ingressus ejusdem in Canaan, ijs qui Abramum natum volunt An. 70 Theracchi redit in Tempus Regni Ninie siuè Zameis Ninie, quem Berosus parum splenduisse in Regno Babylonico scribit, quippè qui vixerat in ocio ferè adeò ut postea in Scripturis Jönicis propter ignauiam vituperaretur, ut narrat Athenæus, ἄριστος ἐοδίων ἐ πίπειν, τὰ δὲ ἄλλα κτ̄ περὶ αὐτῶν ὠθεῖ: cui sanè primum in S. Literis prælium ascribere, maximè absurdum foret. Contrariò .n. modò Historia Sacra Gen. 14. atq; Josephus testantur, Tempore Ingressus ABRAE in Palæstinam, quò locum sibi electum occuparet, Reges Assyriorum, quor. primarius in Babel erat Amraphelus, non ociosos sed satis pugnaces fuisse, adeò ut universam Asiam depopularentur, Gigantes eijcerent ac Sodomorū etiam reges sibi subijcerent maximo cum robore ac collectis copijs, perq; bella ac prælia formidolosa ac cruenta ut scribitur Gen. 14. Non igitur ociosus Ninias regnavit eo tempore in Schinnehar siuè Babel, sed Vir statuens eversionses & Rei militari deditus, qualis nostræ Temporis deductioni respondet, ut infra Notabitur: & per consequens nec Abramus tum natus fuerit.

VII.

Cap. 11.  
v. 29. 30.

31.

jt. Diod.  
lib. 3. c. 6

Lib. 2.

Antiq.  
1. 1. c. 17.

v. 5. 6. 7.  
8. 9. 10.

ERGO

*ABRAMUS Patriarcha Nascitur ann. ætat. Theracch 130. 2009  
cap. 12. v. 4. Gen. Ur in Chaldea Civitas Theracchi & Filior.  
suorum Abram, Nacchor Ccharan ac Nepotis Loth V. 28. 29.  
30. 31.*

D

SARRON



200 *SARRON regnat apud Celtas & contra ferociam hominum recentum publica Literarum Studia instituit. Berof.*

RATIO NOTATIONIS Nativitatis SARAI ex  
Ratione Synthesis Anni Circumcisionis ABRAMI &  
Anni Partus SARÆ.

CERTUM est cap. 17. Gen. Promissionem de nascituro  
Isaaco factam esse Abramo an. atat. suæ 99 paullò  
antè Circumcisionem. Nam statim post promissionem  
illam circumciditur Abramus cum reliquis suis mascu-  
lis. V. 24. Quare haud dubiè Abramus cum Se Filium  
centum annor. vocat, id de futuro & jam jam ingressuro  
anno intelligit, quòd scil. Ubi gignere Isaacum debeat,  
jam centesimum annum INGREDIATUR. Proinde  
rectè nonagesimus SARÆ cum centesimo Abrami com-  
ponitur: ita ut Decimò post Abramum SARA nata sit; &  
Abramus an. atat. 99. jam ferè delapso circumcisus sit,  
centesimo incoato paullò post Promissionem Genuerit,  
& hoc ipso tandem ad ultimum sui quadrantem devolu-  
tò & decurrente SARA Isaacum pepererit Nonagenaria.

ERGÒ

2019 *SARARI nascitur. Est .n. Nonagenaria cum Se Centenariis  
Abram pronunciat. Genes. 17. v. 17.*

2020 *CONIUNCTIO 6 & 7 Magna simplex.*

2021 *THELASSON V. Sicyonior. Rex regnat (juxtà Euseb.)  
annis 52.*

2027 *Rehhu Moritur an. atat. 239. Gen. 11. v. 20. 21. Est Quartum  
à Diluvio Funus in S. Liter.*

2033 *Chamesennus, qui & Zoroastes dicebatur, ab omni terra ferè  
explosus paullò antè mortem Ninia, ad Bactrianos Indos se con-  
tulit, artemq; magicam seu prestigia inveniens eos sibi devinxit,  
ut potenter imparet. Invasit igitur Assyrios, sed Ninias Assyrior.  
Monarcha eum repressit & occidit. Berof.*

ARIUS

*ARIUS VI. Assyrior. Rex an. 30. qui statim post Obiitum  
Ninia Patris Bactrianos & Caspios subegit.*

*Cranus Ianigena Sororem mortuam cum Ianigenis Razenuis  
suis & omnibus simul Aboriginibus solemni pompa celebrat. &  
illi juxta Ianiculum amnem sacrat Lucum, Diem & Ritus sacros.  
Hinc orta Lucorum superstitio, quæ Numæ Pompilij temporib.  
maximas vires habuit.*

*CONIUNCTIO H & Z Magna simplex. (Mundi 41. 2040*

*SERUG Moritur etat. 230. Genes. 11. v. 22. 23. Jubilæus 2050*

*Conjunctio H & Z Magna simplex. 2060*

*ARALIUS (Amraphelus Gen. 14.) VII. Assyrior. Rex, 2068  
clarus ingenio & militia, primus adaugens pompas, annis 40 reg.*

*Regnum Sodomiticum per Oligarchiam administratum FLO- 1076  
RET Regib. 5. qui erant Bera sive Ballas, Birsā sive Balleas, Sine-  
ab sive Sinnabaris, Semeber sive Simoborg & Rex Bela sive Ba-  
liorum. Gen. 14. v. 2. 3. Joseph. antiq. l. 1. c. 17.*

*Assyrij universam Asiam vastant, occupant, Gigantes ex-  
tirpant. Eor. Regnum per Oligarchias societatem administratū  
flore. Habet Tetrarchas h. e. Reges sive Duces provinciales 4.  
videl. Amraphelum in Schinnehar sive Babel primas tenentem  
(Hic est Aralius hoc tempore Regnum Assyrior. seu Babylonicum <sup>Gen. 14.</sup>  
primariè administrans, ut modò annotatum) Ariochum in Elassar, <sup>ψ. 1.</sup>  
Cedorlahomorum v. 4. in Elam, Thidealum sive Tadallum inter  
Gentes.*

*Assyrior. Duces oppugnant & vincunt 5. Reges Sodomiticos,  
eosq. sibi Tributarios reddunt, ac Cedorlahomoro Duci Elami sub-  
jectos assignant. Joseph. antiq. lib. 1. c. 17. PRIMUM Hoc  
Bellum & Prælium in Historijs Mundi.*

---

**RATIO SYNTHESIS in Collatione**

**ARALII & Amrapheli.**

**Q**uam falsò conferatur Amraphel<sup>o</sup> cum Ninia suprà  
dictum est in Rat. NOTAT. de Tempor. Nativ. Abrae

D 2

argu-

argumento ult. Peroptumè v. Is cum Aralio convenit, siquidè Res Amrapheli bellis & pralijs gestæ in Mose & Iosepho descriptæ, ac Vita Arali à Berolio notata inter se consentiunt. Illi enim ingenio haut segiore praditū sed militari studio Amraphelum clarum fuisse probant, prout eandem laudem Aralio Berofus tribuit. Vide suprà pl.

2080 CONIUNCTIO Superior. planet H & Z Magna simplex.  
 Circà hec Tempora Abramus Patriarcha, tum temporū Theologus sincerissimus & Astronomus peritissimus, creditur profectus ex Patria Ur Chaldaeor. cum Patre Theraccho & agnatis in Terrā Canaan, & quidè jussu & voluntate Dei. & ubi veniunt usq; in Ccharan, ibi consident & habitant, donec moritur Theracchus. Gen. 11. v. 30. 31. 32. Quidam tamèn huic Profectioni assignant An. M. 2042. Annis scil. 42. antè repetitam promissionem & profectionem ex Ccharan. Valent. Münzer. in Chronograph.

Anni Num.	Radic.	2822 } preced.	Aureus	{ 10 } preced.	} post Revol. 148
		2823 } subseq.	sivè Cycl. D	{ 11 } subseq.	
	Cycl. ☉	22 } preced.	Veter.	{ ijde Num. etiā Corr. Gr. cōp.	} post Revol. 7.
	23 } subseq.	post Rev. 100			
	Epact.	VII } pced. com.	Veter.	} Epactæ & Lunationes Cor.	} Gr. Comp. conveniunt cum
		XVIII } subseq. com.	Comp.		

Veteris Comput. NOVILUNIA D. 16. Sept. prid. 16. Octob. 14. Novemb. pr. 14. Decemb. 13. Ian. 11. Febr. 12. Mart. pr. 11. April. 10. Maij prid. 9. Iun. 8. Iul. pr. 7. Augusti. PLENILUNIA. 1. Octobr. 30. Oct. 29. Nov. 28. Dec. 27. Iun. 25. Febr. 27. Mart. 25. April. 25. Maij. 23. Iun. 23. Iul. 21. August.

RATIO





RATIO SYNTHESIS pro Compositione Anni

Mortis Teracchi cum Anno continuatæ

Professionis Abrami in Canaan, ac factæ Promissionis de MESSIA ex Semine ejus.

**V**No eodemq. Año jam decurrente cum Theracchū Obijisse tum Abramum porro iter suscepisse hinc constat, quod Abram. in susceptione itineris fuit Filius seu Homo versans in anno ætatis 75: è quo colligimus natum Abramum anno ætat. Teracchi 130. qui duo numeri invicē compositi exhibent ætatem Teracchi universam annor. 205. qui porro additi Anno Mundi ætatis 7. ult. Teracchi itidem currenti 1879 efficiunt Annum Mundi 2084 currentē, ut docet prima Regula & Ratio Synthesos Chronologicæ statim in primævo Speculo posita.

ERGÒ

TERACCHUS' Pater Abrami Moritur in Ccharan ætat. 2084  
205. cap. 11. v. ult.

RATIO NOTATIONIS De Facta PRO-

MISSIONE DE SEMINE BENEDICTO,

De Principio PEREGRINATIONIS ABRAMI, &

Rer. Judaicar. INITIO.

**R**Adix Chronologica, quæ debet esse fundamentum sequentis continuationis annor. non figenda est in anno aliquo vago & incerto, & nusquam expresso in S. Historia, sed in expresso & certo, ideò ab Historico annotato, ut sit fundamentum & copula reliquæ continuationis. Talis heic est 75 Abrami Gen. 12. scriptus, qui primariam Professionem defert Soli Abramo, demortuo jam Patre Teraccho sc. In eo igitur persistimus & horum eventuum radicem collocamus, repudiatâ illâ traditione, quam quidam docti sequuntur, quæ Vocationem Abrami & Repetitâ Promissionē in An. Abre 70. Peregri-

Peregrinationis v. Initium divulsione quad. incompe-  
 tente in an. 75. refert. Hanc nostram sententiam Confir-  
 mat Signum Abræ datum, quòquod Abrahæ datur.  
 Gen. 15. v. 7. 8. datur Posteritati ejus V. 16. Ubi sicut 4.  
 animalium genera maclantur, ità 400 añis Posteritatem  
 in Ægypto (in peregrina Terra V. 13.) affligendam signi-  
 ficatur. Utp. & hi 400 Anni V. 13. per 4. Seculum (nam  
 400 anni & 4. Secula idem sunt) V. 16. quò redituri erant  
 in locum Canaan, UBI Signum dabatur, manifestè ad  
 Locum & TEMPUS VISIONIS & SIGNI HUIUS  
 Abrahæ restringuntur per Vocem Hénnah Huc. Con-  
 firmant etiàm hanc sententiam Acta Apostolor. cap. 7.  
 v. 4. *μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα, &c.* Confirmat eand.  
 & Ap. Paulus ad Gal. 3. v. 17. *ὁ μετὰ ἑτη τετρακόσια ἔτερά-  
 κοντὰ γεγονὼς νόμος, &c.* quòd respicit Verba versus 16.  
*τῷ Ἀβρααμῖ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ,*  
 disertè prædicans Legem Mosaicã factam esse annis 430,  
 postquan hæ *ἐπαγγελίαι* Promissiones (primitus scil.  
 facta & iterùm hæc ipsa anno atat. 75. Abrahæ Repetita)  
 Abramo dicta sunt. Probat eand. etiàm Iosephus Pro-  
 fectionem in Canaan nõ ad Theracchũ & Abramum (ex  
 Ur proficiscentes) sed ad solum Abramum (post obitum  
 Teracch ex Ccharan euntem) restringens Lib. 1. & ma-  
 ximè lib. 2. c. 13. in fine, his Verbis. Reliquerunt Ægyptũ  
 in Mense Xantico decimaquinta Luna post 430 annos,  
 quàm pater noster Abraham venisset in Canaan. Sæpè  
 tamen in Scriptura non fit adeò accurata discretio in  
 Profectionis Principio, sed alterum nonnunquam pro  
 altero sumitur, ut Genes. 15. Ego IeHoVah qui Te ex Ur  
 Chaldaor. deduxi, ut Tibi darem hanc Terram; siqui-  
 dè ead. utriusq. Profectionis ac Peregrinationis caussa  
 finalis. Cumq; vix 5. annor. distantia interesse existime-  
 tur, nõ tantum uberior disceptatio heic habet momenti.  
 Undè

Lib. 1.  
 cap. 15.  
 v. 7.

Undè & Stephanus neutram negligit, imò utramq. potius conjungit Act. 7. v. 4. & rursus, V. 4. 5. cum de 400 an. Peregrinationis Filior. Israel loquitur. Nec est pugnantia inter Mosen & Stephanum, siquidem hic refert utraq; & duo non longè distita inter se uno quodam pro termino ponit. Imò v. ab ultima tamen Vocatione Anos 400 peregrinationis manifestè videtur deducere. Act. 7.  
Vid. Luther. in  
Gen. c. 12  
qui put.  
pugn.

ERGÒ

*ABRAM statim demortuo Parente jussus continuare iter in 2084  
Terram pmissã Canaan (postea Palestina dictam) Proficiscitur  
ex Ccharan cum suis omnib. An. et. 75. cap. 12. v. 4.*

HUIC PROMITTITUR CHRISTUS, MESSIAS,  
Benedictio omn. Generationum ex Semine suo futura,  
cum SARA ejus Conjux tam diu fuisset sterilis.

*Annus Primus Peregrinationis Abrami & Init. annor. 430.  
Peregrinationis. FINITUM etiã Rerum JUDAICARUM  
cum Hac Promissione statuitur.*

---

RATIO NOTATIONIS I. IN DIGESTIO-  
ne Residentiæ Abrami in Canaan. 2. & indè  
Migrationis in Ægyptum ob famem 3. jtem Reditus  
ejus cum Lot in Canaan.

HÆC per annuam fortè consequentiam contigisse  
conijcimus 1. ex Mose, qui continuo ordine hæc  
narrat. 2. ex eo, quòd distinctis vicib. & locis residet &  
habitat Abram prius aliquãdiu in Canaan, utp. primùm  
ad Sichem, dein in Monte versus Orientem civitatis Be-  
thel: quæ prior ipsius mansio dicitur Gen. 13. ubi diver-  
titur etiã reversus ex Ægypto. tertiò versus Meridiẽ; v. 3. 4.  
quod continuã migratione & non potius interpolatã  
peractum esse vix est verisimile. Nec tamen eod. anno  
quo confedit in Canaan mox emigrasse in Canaan ob fa-  
mem Ratio in Historia ostendit, nam secum attulerat &  
Substan-

Substantiã partam in Charan. 3. ex Iosepho, qui Sequen-  
ti tempore Migrationem illam Abramo ob famem su-  
ceptam esse ajt. 4. Non etiã diutiùs in Ægypto eum  
mansisse Historia & Scriptura admittit. quia nõ in illam  
Terram sed in Canaan ex mandato proficiscendum,  
Gen. 12. v. 5. & habitandum ibi fuerat. in Terra sc. quam  
monstraturus erat v. 1. & promittebat v. 7. Quia tamẽn  
docuisse, excelluisse & cum Doctõrib. Ægypti conversa-  
tus esse & Scientias propagasse ibid. à Iosepho scribitur,  
quod Tempus aliquot durans omninò requirit, Annuũ  
spacium aut circiter, quo id sanè fieri potuit, huic com-  
morationi concedimus. ERGÒ

2085 *Fames in Terra Canaan : Hãc ABRAM coactus descendit  
in Ægyptum unã cum Uxore & Loth, ut ibi aliquandiu maneat.  
Ibi celebrem Se pbet Philosophum, utp. Physicum, Arithmeticum  
& Astrologum: usq; Artibus Ægyptios imbuat & informat usq;  
in decursum sequentis Anni, ut colligere est ex Scriptura Gen. 12.  
v. 10. & Iosepho lib. 1. c. 16.*

*PHARAO Rex Ægypti rapit Uxorem Abra, sed à Deo correctus  
eam intactã restituit Gen. 12. Hunc Osiridem putant, etat. sua 160.*

2806 *ABRAM cum Loth redit in Canaan sub decursu Anni. RE-  
PETITUR PROMISSIO ABRAE Gen. 13. v. 15.*

---

RATIO NOTATÆ Sejunctionis ABRAMI  
& LOTH.

**N**ON. Verisimile est statim primò Annò Residentiã,  
priusquã exploratus ipsis satis esset Locus, quate-  
nùs capere posset pecora ipsor. vel non posset, Fratres  
hos esse sejunctos; aut pijsimos hos homines ne per  
annum quidẽm unum aut alterũ potuisse ferre inæqua-  
litatem alternam, aut primas lites illas componere, ut  
per unum aut alterum annum in terra prorsus aliena  
possent unã commorari. Annum igitur aut potiùs bien-  
nium

nium Cohabitationi ipsorum (inter Cananitas Gen. 12. v. 6.) dedimus, & finem proximi aut potius hunc subsequenter annum in decursu suo Segregationi ipsorum adscribere congruum duximus. **ERGÒ**

*SEJUNGUNTUR ABRAM & Loth. ille in Canaan, hic ppè Sodomam manet.* 2087  
2088

*Quinq; Reges Terræ SODOMORUM deficiunt à TETRARCHIS sive 4 Ducib. Assyrior. Gen. 14. v. 4. & negant Tributum Cedarlahomero, cui subditi erant. Vide supra An. M. 2076.* 2089

*Hinc Bellum inter ipsos. Prælium fit in Valle Siddim. Vincuntur SODOMOR. Reges & abducuntur multi captivi, cum quib. & Loth Regum Sodomæ auxiliarius. Est PRIMUM Bellum & proelium in S. Biblijs, SECUNDUM Historiæ veritate.* 2090

*ABRAM cum Trib. Amicis & Militib. 318. domesticis secutus 4. Reges Assyriorum vincit, fugat ppè fontem Dan usq; in Hobam ppè Damascum, & LOTHUM è manu ipsorum liberat, omniaq; reportat Bona, Regno Sodomor. libertatem reddit. Mox excipitur & accipit Benedictionem à MELCHIZEDEC sive SEMO Rege Salem sive Solymæ seu Jerusolymæ (Joseph. l. 1. cap. 18. & de Bel. Iud. lib. 7. c. 3.) & Sacerdote ALTISSIMI. PRÆLIUM Tertium in Historijs, Secundum in S. Biblijs descriptum.* Gen. 14.  
v. 15.  
Joseph.  
l. 1. c. 18.  
Gen. 14.  
v. 20. 21.  
Hieron.  
T. 4. p.  
17. ad  
Euagr.  
Id. in  
Quæst.  
Hebr. in  
Genesis  
cap. 33.

*Continuè ABRÆ Repetitur PROMISSIO de Futuro Semine & Traditione Terræ Canaan ABRAM sacrificat Deo; prædicat ipsi Deus de Abductione in Ægyptum & Reductione ex eadem post Vitam 4. Viror. nach 4. Manns leben. Gen. 15. h. e. 400. annos. Joseph. Citat. 1. ABRAM habitat Luzæ sive Ogys (Joseph.) in Canaan non longè ab Hebron.*

*Hagar Ancilla jungitur Abramo consiliò Sarai, postquam habitasset in Terra Canaan annos 10. completos, initio anni Undecimi, Mikkez' eser Schanim Laschebbeth Abhram baárez Canaan. Gen. 16. v. 3. A Terminò (ab extremitate) Decem annor. habitatio- nis Abrami in Terra Canaan.* 2094  
2095.

**E**

**Concipit**

Gen. 16. *Concipit Hagar, rixatur Sarai cum Abram, & fugit Hagar ac*  
v. 9. *redit ex Mandato Dei accepta promissione de Semine proprio. An. 86.*  
*Abrami Gen. 16. v. ult.*

2095 *Ishmael nascitur ex Hagar eod. M. ad finem decurrente, Aetatis*  
*Abrae 86, cum esset Filius 80 annor. & 6. annor.*

2000 *CONIUNCTIO H & Z Magna simplex. Iubileus à M.C. 42.*

2106 *Phaëton cum suis Filijs in Italiam ad Malot Tagetem ve-*  
*nit partem Orientalem ab Ausonib. Occupatam, ac montana. à*  
*Gallis & Ausonib. possessa. planiciem v. à Razenuis Ianigeris habi-*  
*tatam. donatus parte Occidentali sedem ibi fixit. Anno Penultimo*  
*Araly. Possedit cum posteritate sua montes & totum Eridanum*  
*usq; in Regionem proximam. Illis in locis nomen suum relinquens.*  
*Eo tempore Italia 3. locis arsit multis dieb. videl. circa Istros,*  
*Cymæos & Vesuvios, vocataq; sunt illa loca à Ianigenis PALR-*  
*SANA id est Regio conflagrata. Berof.*

2108 *Fædus JeHoVah sancit cum Abramo & Posteritate ejus de*  
*Benedictione & Multiplicatione Seminis & Collationis Terra*  
*Canaan. REPETITUR PROMISSIO & Instituitur MA-*  
*SCULORUM Omn. CIRCUMCISIO 8. die in Signum Fæ-*  
*deris V. 10. 12. 13. Immutantur Nomina Abrami & Sarai in*  
*Abrahamum & Saram V. 5. 15. & CIRCUMCIDITUR*  
*ABRAHAM cum Tota Domo An. atat. 99. V. 24. Anno atat.*  
*Ishmael 13. V. 25.*

*BALEUS Xerxes, id est Victor, dictus (q; impaverit du-*  
*plò plur. gentib. q; ARALIUS. VIII. Assyrior. Rex & Monar-*  
*cha, militiâ ferox & fortunatus regnat, propagans Regn. usq; ad*  
*Indos. Berof.*

vid. hinc  
Fabulã  
in cypri-  
ani So-  
doma.  
*LOTH Angelos excipit Gen. 19. Hi ingrediente nocte edu-*  
*cunt Sodomis Salvũ. Cac. Cypr. in Gen. postero mane Exoriente*  
*Sole Loth ingreditur Segor.*

*Fit CONFLAGRATIO SODOME & GOMORRÆ, &c.*  
*propter Libidinum Scelus. Gen. c. 19. Ann. à DILUVIO finito*  
*451 à Mortè Noacchi 101.*

*Finitur*

Finitur CLASSIS sive ÆTAS MUNDI PRIMA &  
Concluditur Intervallum Secundum Temporis  
INANIS seu Vacui, ÆTATIS PRIORIS  
in MUNDO Vetere.

*Fitq; INITIUM ÆTATIS SECUNDÆ & Intervalli  
Sequentis.*

AD

*Reverendum Theologum*

DN. VALER. HERBERGERUM.

Compat. honorand.

De

*Clariss. Viri*

DN. JACOBI GÜNTHERI

*Spec. Chronol.*

**P**Anthoidæ vana in disco sunt idola lunæ;  
Vana Syracosæ sunt simulachra manus.  
Quam docet in speculo, facierum an imagine gaudes  
Æmulus Hipparchi? pervia turris ubi est?  
Sesqui-ruunt an-Aristæi specula undique? plana,  
Concava? & ex speculis conchæ ubi sacra Basis?  
Cedunt GÜNTHERI veterum monumenta labori.  
Nam specula hoc SPECULO pallida reddet ovans.  
Hoc opus, hic labor est; secretorum altius artem,  
hunc juvat humanis explicuisse Sophis. (Apellis?  
Chaldæis VERBUM id? PORTA hæc SAPIENTIÆ  
Is CIRCUS Samij? hæc dia CATENA Plato?  
PECCATI hoc Speculum est, Speculum est hoc unicum  
hic miro ex igni fœdere tranat aqua. (AMORIS;  
ARBORIS hic vertex; radix hæc ARBORIS. Orbem  
temporis hoc ductum stipite novit AMANS.  
In SPECULO monstrata suo hæc MYSTERIA rerum,  
si dederit punctum sobrius omne feret.

*M. Joannes Brachman.*

In

In Speculum Chronologicum

V. CL. & D.

M. JACOBI GÜNTHERI. Sc.

**A**Nnorum seriem, à primævo semine rerum,  
extremam ad messem, haut casu, lubitue notantùm,  
Confluere: at fixo solidam fundamine niti,  
& vel puncti apicem ad minimum constare necesse est.

QUIS dabit hanc autem? nisi primus temporis Autor,  
temporis idem expers, annis antiquior unus.  
qui Solis, Lunæ, stellarum, ac ætheris orbeis,  
lege hæc distinxit, sinemq; adstrinxit ad isthunc:  
non tantum jubare ut claro, laquearia Celi,  
subjectamq; Soli Sphæram, circumq; labentis  
Oceani anfractûs, in apertâ luce locarent:  
sed simul, ut noctis atq; intervalla diei  
signaq; nascentùm decedentumq; Vicissim  
rerum hominumq;, anni metæ, secliq; fluentis  
limine ab exortûs sperati ad climata finis,  
his ducibus, justo constarent ordine, Mundi.

Cui dederit? nisi cui mens sit divinior, & Cor  
Intuitu gaudens superiorum corporum; Acumen  
entheum & ingenij, Tolerantia fida laborum,  
& studium prodesse bonis, clarare TRIUNUM.

RARI; rarum ergo studium, monumentaq; rara,  
exactum mundi quæ signent secula ad unguem.

TU specimen Speculo VIR CLARE hoc nobile prodis  
Historiæ unde fides & lux. Quod subsequa tela  
si nutu JHOVÆ, ad Votum, pertexta sequetur;  
næ, tibi commissum benè disposuisse talentum,  
primorumq; Patrùm Vestigia, celite ductû,  
haut tritâ legisse Viâ, celebrabere doctis.


INcludi quondam, parva nuce, carmina Vatis  
Mæonij grave opus Visum; ac operosa quidem res,  
sed sine fruge fuit-----


----- Tu telam temporis omnem  
succinctis Spacijs, brevitare, ac ordine miro,  
communem, studio majori didis in usum,  
dignior hæc opera est. famam ista merentur & annos,  
quæ BONA TU HIC URGES. Urge, ac in luce, bonorum  
usibus ede bonâ. Benè cedent auspice JHOVA.  
nec deêrunt; si non, habuit quos Chærilus olim,  
at, studio haut prorsus mactati dispare, Atlantes.

Temporis & series, laudis tibi tempora feræ  
& famam spondet, quæ omnis sit temporis exfors.

JOAN: TIMEUS.









Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ΣΟΠΤΡΟΝ  
Sivè  
CULUM

JL 208

DLOGICUM  
erens

A T I O N E M  
M Secundum

tributa in Repub.  
ONE digniorib.  
per

UM SECUNDUM  
emporis, Ætatis Prioris  
TERIS; nempè

u Cataclismi Universalis &  
PRIMI ad Vocationem &  
EM Abramo factam, &  
RCUMCISIONEM  
DEI Notam;

&  
A. V. Ætatem sivè  
Confectum operâ  
ERI ZÜLCHOVII. S.  
M. ac Philomath.  
Æ SILES.

ianis. clo. Io. VIII.



3

1608

